Veneror	aris	tus	ſũ	p hõorar̃ e eẽre hõorato
Moror	aris	tus	ſũ	p aſpectar̃ e eẽre aſpectato
Criminor	aris	tus	ſũ	p ĩcolpar̃ e eſſere ĩcolpato
Amplectõ	ris	xus	ſũ	p abraciar̃ e eẽre abraciato
Oſculor	aris	tus	ſũ	p baſiare e eſſere baſiato
Hortor	aris	tus	ſũ	p ꝯfortare e eẽre ꝯfortato.
Interp̃tor	aris	tus	ſũ	p exponere e eſſer̃ expoſto
Hoſpitor	aris	tus	ſũ	p albergar̃ e eẽre albẽgato

Largior: expior: ueneror: moro:: oſculor: hortor: Criminor: amplector: interp̃tor: hoſpitor adde.
Moror ultra ꝓpriã ſignificationẽ ſuã q̃ eſt expectare aut expectari: ſignificat etiã retinere aut retardar̃

ut quid omnes uenientes ad te tantu; remoraris.i.
tm̄ retines.& Terenti⁹.ne ueſtrũ remorer cõmodũ
.i.retardẽ.Aliquãdo etiam capiť moror ꝑ hæreo.
.i.dubito:ut nihil moror.i.nihil hæro nihil dubito
Oſculor unde diciť:ab ore ꝙ baſiando os rei qua;
baſiamus adiungiť.unde diciť oſculũ.i. baſiũ.q̄;q̄;
oſculum ſignificat etiã paruũ os.ut meum oſculu;
meus ocellus.
Hortor ꝑ aſpirationẽ ſcribiť differentiæ cauſa. Nã
ueteres hortor dicebant:& ideo aſpirabãt:ut ab or
to noïe differret.Eius oppoſitũ eſt dehortor.Dici/
mus autẽ hortor filiũ tuu; ad uirtutẽ:tu uero a uir
tute dehortaris.
Hoſpitari eſt recipere uel recipi quẽq; ĩ domiciliũ
amice :inde fit hoſpes cõis generis: & hoſpita fœ/
minini:ut ſoſpes & ſoſpita.Inde diciť hoſpitiũ: qď
non ſignificat diuerſorium & cauponã ſiue tabernã
uinariã(ut aliqui putãt) ſed ius amicitiæ:quæ eſt in
ter hoſpites hoc eſt amicos externos.
Patior Donatus uult eſſe cõe uerbum.Dicimus enĩ
patior te & patior abſ te.Priſcian⁹ in numero quoꝝ
dam deponẽtium ponit:quæ paſſiuã habẽt conſtru/
ctionẽ ut naſcor a te orior a te:morior a te.Multa
quoq; p̃ter ſupradicta apud ueteres cõia repiunť ut
Virg.Nunc oblita mihi tot carmina.& aggredior.
Cicero:ut a te aggrederer donis.& ſtipulor:in quo
uerbo attẽdendũ eſt ꝙ tam in actiua q̄; ĩ paſſiua ſi/
gnificatione ablatiuo iungiť:ut ſtipulor a te ꝑ iter
rogo te & interrogor abſ te:quẽadmodum dicimus

quæro a te pro interrogo te quis sit actiuum:ut Iuuenalis. Quantuꝫ uis stipulare:& ꝓtinus accipe qđ do. subauditᷣ a me:& actiue hoc loco accipitᷣ. Suetonius uero passiuũ posuit. Quæ uetat minorẽ ãnis quindecim stipulari:hoc est interrogari.

De Verbis Deponentibus

q Vod est uerbũ deponẽs:quod i uoce passiua uel actiuã uꝉ passiuã deponit significationẽ. Quare dicitᷣ deponẽs:qa nõ habet utrãq; significationem sicut cõmune:sed alteram deponit uel actiuam uel passiuam.

Q uot sũt ordines uerboꝝ deponẽtiũ septẽ. possessiuum. acqsitiuum. trãsitiuum. effectiuuꝫ. absolutũ. imperfectum uocatiuum.

Q uæ sunt uerba deponẽtia primi ordinis:quæ passiua dicuntᷣ:& exigũt ntm̃ ante se & post se gtm̃ uꝉ ablatm̃ sine ꝑpositione:ut dii uescuntur ambrosia.

Vtor	ris	sus	sum ꝑ usare e oparᷣ i cose utile
Fruor	ris	&⁹uꝉ it⁹	sũ ꝑ usare cum dilecto
Abutor	ris	sus	sum ꝑ male usare
Fungor	ris	&⁹	sum ꝑ usare officio
Potior	ris	tus	sum ꝑ obtenerᷣ cose dꝭsiderate
Vescor	ris	sine supino ꝑ usare cibi	
Recordor	ris	tus	sum
Remiscor	ris	sine supino ꝑ ricordarse	
Obliuiscor	ris	tus	sum ꝑ dimenticarse
Misereor	ris	tus	sum ꝑ hauere misericordia

Vti & frui differunt. Nã frui est cũ delectatione uti Vnde theologi frui transferunt dũtaxat ad res diui

nas:& peccatuȝ dicunt esse:si quis uel utatᷣ rebus di
uinis uel fruatᷣ humanis. Scriptores autē utuntᷣ hoc
uerbo ēt in rebus humanis quotiēs nō necessitate sȝ
delectatione utimur. Verbi gratia. Si amici patroci
nio i aliqua causa egemꝰ:dicimur uti amicitia illius
Si uero nulla causa intercedēte ex amici cōsuetudi
ne:sermone:aspectu:pñtia uoluptateȝ capimus :frui
dicimur amicitia illiꝰ. Hic dicitᷣ fructꝰ:& ex utroqȝ
uerbo cōpositū usufructus. Fruor.n.supinum facit
fructū.ut Cicero i Hortēsio. Et amœnitate summa
semp fructus. Vlpianus tñ ad Sabinū fruituꝝ dixit:
nō fructuꝝ: queādmodū ab ortū orituꝝ dicimꝰ:nō
ortuꝝ:a partū parituꝝ nō partuꝝ: ab erutū eruituꝝ
non erutuꝝ

Potior potiris uel poteris cuȝ ꝑo quarto & sexto ca
su iungitᷣ: & esse pōt tertiæ & quartæ ɔiugationis.
ut orior morior:sȝ infinitiuꝰ facit mori ꝑm tertiam:
& oriri & potiri ꝑm quartā cōiugationē

Quæ sūt uerba deponētia ꝑi ordinis:quæ acqsitiua
dicūtᷣ:& exigunt ntūm ante se:& post se datiuum ut
ego auxiliorᷣ tibi.

1	Auxilior	aris	tus	sum	
1	Admiculor	aris	tus	sum	
1	Opitulor	aris	tus	sum	
1	Suffragor	aris	tus	sum	per aiutare
1	Iniurior	aris	tus	sum	per iniuriare
1	Aemulor	aris	tus	sum	p iuidiarᷣ e p imi
4	Blandior	ris	tus	sum	p losengarᷣ / tarᷣ
1	Minor	aris	tus	sum	

Minitor	ris	tus	ſum	per minacciare.
Adulor	ris	tus	ſum	per adulare
Aſſentor	ris	tus	ſum	
Aſſentior	ris	tus	ſum	per acconſentiꝛ̃
Medeor	ris	ſiñ ſupiò.		per medicare
Aduerſor	ris	tus	ſum	per contraſtare.
Obſequor	ris	tus	ſum	per ſeruire
Moderor	ris	tus	ſum	per temperare
Fœneror	ris	tus	ſum	p dare ad uſura
Gratulor	ris	tus	ſum	per ralegrarſe e
Cògratulor	ris	tus	ſum	per fare feſta
Inſidior	ris	tus	ſum	p iſidiaꝛ̃ e aguai
Dominor	ris	tus	ſum	p ſignoꝛ̃ʒaꝛ̃ taꝛ̃
Innitor	ris	xus	ſum	per appogiarſe.

Miſereor qdà ponunt hu⁹ ordinis cù dtò interdum iungat̃:ut miſerere nobis. Tñ ſupioris poti⁹ ordinis é:& gtò iũgit̃. Virg. Nil nr̃i miſere. & alibi. Miſerere laboꝝ tantoꝝ: miſerere animi non digna ferētiſ. Miſeror miſariſ ſignificat fleꝛ̃ & lamẽtari:& ſemp iũgit̃ actò. ut Ignaroſq̃ uiæ mecũ miſat⁹ agreſteſ. Medicor huiuſ ordiniſ eſt ſicut medeor:& iungitur etiam cum accuſatiuo. ut medicatuſ ſum tibi & te. Inuenitur tamen etiam medico medicaſ. Virgiliuſ. Semina uidi equidem multoſ medicare ſerenteſ. Iungitur etiam cum datiuo. Virgilius. Et ſenib⁹ me dicantur ahnelis.

Moderor moderaris iungitur etiam cum accuſatiuo ut imperator moderatur militibuſ uel militeſ. Terentius. Qui ex ſua libidine moderatur noſ.

Minor & eius frequentatiuũ minitor habent poſt ſe datiuũ:aliquãdo etiã actũm:ut tu minaris uel mini/taris mihi morté uel exilium.
Iniurior & cõtrarior multis aliis mõis uſitatius di/cit.Loco.n.primi dicit tu es mihi cõtrarius:tu in/fers mihi iniuriã:tu nõ es mihi æquus:tu mihi iniu riam facis:tu afficis me iniuria.Loco ſecundi ponit ſemp mihi aduerſaris:ſemp mihi repugnas: ſemper mihi refragaris:ſemp mihi obniteris:ſemp mihi ob ſtas:ſemp mihi opponeris:ſemp mihi cõtrarius es: ſemp mihi es aduerſus:ſemp oppoſitus.
Iraſci & ſucccẽſere hoc differũt: ꝙ ſuccẽſere eſt cũ ratione iraſci.
Aemulari eſt inuidere.Eſt ẽt ſequi & imitari.ut ego æmulor platoné. Vnde æmuli dicunt nõ ſolũ iuidi ſꝫ ẽt imitatores:ut æmulꝰ atqꝫ imitator ſũ platonis.
Quæ ſunt uerba deponẽtia tertii ordinis:quæ trã/ſitiua ſiue actiua dicunt.& exigũt ntm̃ añ ſe:& poſt ſe actũꝫ.ut ego ſequor imperatorem.

Sequor	ris	tus	ſum	
Proſequor	ris	tus	ſum	
Inſequor	ris	tus	ſum	per ſeguire
Proſequor	ris	tus	ſum	per perſeguire
Aggredior	ris	ſus	ſum	
Adorior	ris	tus	ſum	per aſſaltare
Furor	aris	tus	ſum	per furare
Prædor	aris	tus	ſum	
Populor	aris	tus	ſum	per robare
Opinor	aris	tus	ſum	

Arbitror	riſ	tus	ſum	
Reor	riſ	tus	ſum	per penſare
Percòctor	riſ	tus	ſum	
Sciſcitor	riſ	tus	ſum	per domandare.
Vlciſcor	riſ	tus	ſum	per fare uèdecta
Fateor	riſ	ſus	ſum	
Confiteor	riſ	ſus	ſum	per confeſſare
Adipiſcor	riſ	ptus	ſum	
Aſſequor	riſ	tus	ſum	
Conſequor	riſ	tus	ſum	p aqſtar̄ e p agiò gere
Solor	riſ	tus	ſum	
Conſolor	ris	tus	ſum	per conſolare
Operior	riſ	tus	ſum	
Præſtolor	riſ	tus	ſum	per aſpectare
Speculor	riſ	tus	ſum	per ſpeculare
Contēplor	riſ	tus	ſum	per contemplare
Operor	riſ	tus	ſum	per operare
Imitor	riſ	tus	ſum	
Aemulor	riſ	tus	ſum	per imitare
Nitor	riſ	xus	ſum	
Conor	riſ	tus	ſum	per ſforzarſe.
Dignor	riſ	tus	ſum	per dignare
Dedignor	riſ	tus	ſum	p nò dignare o/ far̄ altro ìdigno
Faris uel fare fatur		tus	ſum	
Loquor	riſ	tus	ſum	per parlare
Teſtor	riſ	tus	ſum	p teſtificare e/ chiamare teſtimonio o fare teſtamento
Precor	ris	tns	ſum	
Deprecor	riſ	tus	ſum	per pregare

Lucror aris tus sum per guadagnare
Miror aris tus sum
Rimor aris tus sum p guardar cũ marauiglia
Scrutor aris tus sum p cercare cũ diligentia.
Suspicor aris tus sum p sospetar pẽsar e stimar
Aucupor aris tus sum par ucellare
Medior taris tus sum p scriuere ɔporre & exer citare la mente

Aggrediõ & adorior hoc differũt: q͏̃ aggredi ẽ apte hoĩe; uel rẽ aliquã ĩuadere. Addoriri ãt est de ĩ ꝓui so repente & quasi ex insidiis inuadere
Cõsolari & solari qd differũt: cõsolamur uerbis: uñ dicit ɔsolatio. Solamur aliis rebus: inde sit solamẽ. Virg. Interea lõgũ cãtu solata laborẽ: Arguto ɔiũx ꝑcurrit pectine telas. Meditari significat ꝓprie exercere. Vñ meditatio apud rhetores exercitatio appellat: & hꝫ originẽ a græco. Dicit. n. απο του μελετειν mutata l i d. nã hæc sæpe ĩuicẽsibi cedũt ut sella ꝓ seda a sedẽdo. Precor. & dep̃cor qũo diffe runt ĩter se: Precari ẽ rogare: dep̃cari uero est p̃cã do auertere. Ouidiꝰ. Sæpe puer mortẽ: mortẽ quoq͏ꝫ dep̃cor idẽ. Ne mea sarmaticũ cõtegat ossa solũ.
Quæ sũt uerba deponẽtia quarti ordinis: q̃ effectĩa dicũt: & exigũt ntm̃ añ se: & pꝰse ablatm̃ sine p̃põe uł actm̃ cũ ob uł pp: ut ego letor tua felicitate.
Lætor aris tus sum per allegrarse
Tristor aris tus sum per attristarse
Irascor ris tus sum per adirarse
Indignor aris tus sum per sdeguarse

Verecũdor aris tus ſum per uergognarſe.
Queror ris ſt⁹ ſum
Lamentor aris tus ſum per lamentarſe
Glorior aris tus ſum per gloriaſſe
Miror aris tus ſum per marauigliarſe
Lætor & gaudeo qũo differũt:gaudiũ ĩ aio dũtaxat eſt lætitia autem etiam extrinſecus cernit̃ p geſtus: oculos:ſigna.
Gratulor qdã putãt adnumerari deber̃ iter uerba h⁹ ordĩs :ſꝫ errãt uehemẽter .Eſt.n.gratulor ordĩſ ac qſitiuoꝝ & ſemp dtũm exigit:ſignificatq́ꝫ de bono alicui⁹gaudere:ut.gratulor mihi ꝙ oia ꝓ deſiderio meo ſucceſſerint:gratulor tibi ꝙ p̃ceptori carus ſis ꝙ ſi aliũ caſuꝫ hẽat.habet p⁹ dtm̃:ſignificat tñ gra tias agere:cum ad deuꝫ refertur:& nihilominus da tiuo iungitur:ut gratulor deo ꝙ res noſtras ſecun/ det.i.gratias ago.
Quæ ſunt uerba deponentia quinti ordinis:quæ ab ſoluta dicuntur:& exigunt nominatiuum ante ſe:& poſt ſe nullo indigent caſu ut ego philoſophor
Expgiſcor ris ct⁹ ſum per ſueghiarſe
Morior ris tu⁹ ſum per morite.
Philoſophor aris tus ſum per philoſophare.
Ruſticor aris tus ſum per andare in uilia
Iocor aris tus ſum per mottegiare
Nugor aris tus ſum per cianciare
Venor aris tus ſum per cacciare
Piſcor aris tus ſum per peſcare
Spatior aris tus ſum per andare a ſpaſſo

Vagor	aris	tus	ſum	per andare ſpſo
Labor	ris	ſus	ſum	per tranſcurrere
Peregrinor	aris	tus	ſum	p andare i uiaggio
Periclitor	aris	tus	ſum	p andare a periculo
Ratiotinor	aris	tus	ſum	per fare raſione
Luctor	aris	tus	ſum	p giocare ale bracie
Crapulor	aris	tus	ſum	p impirſe el corpo.
Pergræcor	aris	tus	ſum	per luxuriare

Piſcor & expiſcor qũo differũt: piſcari eſt piſces in qrere: expiſcari eſt piſcando piſces capere.

Aucupor pòt eſſe hui⁹ ordinis ut aucupor ſine caſu aliquo. i. aues capio ſiue inſequor. Itẽ tertii ordinis trãſitiuoꝝ: ut aucupor laudẽ aucupor gloriã.

Rõcinor interdũ ſignificat p rõnes demõſtro: Vñ ratiocinari dicit̃ q per ſylogiſmos nitit̃ aliqd ꝓba re. Interdũ rõcinari eſt: quod uernacula lingua dici mus far cõto. Vñ rõcinator dicit̃ lo abachiſta. Ci/ cero prim⁹ rõcinator q addẽdo & deducẽdo. v. ui/ det quæ reliqua ſũma fit.

Quæ ſunt uerba deponẽtia ſexti ordinis? q̃ impfe/ cta dicũt̃: & exigũt ntũ añ ſe: & poſt ſe obliquũ cuꝫ aliqua ꝑpoſitione: niſi ſint noĩa aduerbialiter poſita ut ego egredior de tẽplo: & ꝓficiſcor ad urbem: & reuertor domum.

Gradior	ris	ſſus	ſum	
Proficiſcor	ris	ct⁹	ſum	per andare
Ingredior	ris	ſus	ſum	per intrare
Egredior	ris	ſus	ſum	per uſcire
Regredior	ris	ſſus	ſum	

Reuertor	ris	sus	sum	per ritornare
Castrametor	aris	tus	sum	per mutar̃ elcàpo
Cógredior	ris	sus	sum	p uenir̃ ale mane
Altercor	aris	tus	sum	per contendere.
Tumultuor	aris	tus	sum	per far̃ tumulto
Molior	ris	tus	sum	p tétar̃ ordinar̃ e far̃
Grassor	aris	tus	sum	per andare
Queror	ris	stus	sum	
Lamentor	aris	tus	sum	p lamentarse

Gradior grassorq́; i quo differũt: Gradi ẽ ire: grassari est cũ impetu & malefaciẽdi aĩo ire: ut solent latrones ire aduersus uiator̃s. uñ dicũť grassatores:

Queri & lamẽtari qũo differunt: queri est de iniuria cepta uerbis ꝯqueri. Lamẽtari ẽ uoce q̃rela & tristi iacturã suam testari.

Tumultuor uñ diciť: a tumultu. tumultꝰ aũt dictꝰ ẽ quasi tumor multus. Vnde italica bella dicta sũt italiæ tumultus.

Quæ sunt uerba deponẽtia septimi ordinis: q̃ passiua dicunť: & exigũt ntm̃ ante se. & post se ablatũm cũ ꝓpositione a uel ab: ut tu es ortus a bono patre.

Orior	ris	tus	sum	
Nascor	ris	tus	sum	p nascere
Patior	ris	sus	sum	p patir̃
Renascor	ris	tus	sum	p renascer̃

A patior fit unum cóposituȝ ꝑpetior a mutata i e: & pòt haber̃ accusatuũ cuȝ ablatô. ut ego patior a te magnam iniuriam.

Sunt qui octauo loco ponunt uerba uocatiua: ideo

sic dicta qa p ea uocamus:ut quo noīe uocaris:ego uocor pyrrhus:ego nominor nicola⁹. Apti⁹ tñ dicit quod nomē est tibi:mihi ē nomē pyrrh⁹ uel pyrrho & tu haberis aut diceris aut appellaris sapiens. sunt autem hæc uerba.

Dicor	ris	ct⁹	sum	
Vocor	ris	tus	sum	
Nominor	ris	tus	sum	
Nuncupor	ris	tus	sum	
Appellor	ris	tus	sum	per essere chiamato

De Verbis impsonalibus

q Vod est uerbū impsonale:quod nec hab3 distinctos numeros nec psonas.

Quotuplex est ipsonale:duplex actiuæ uocis & passiue uocis. Quod est ipsonale actiuæ uocis:quod desinit in t:ut tedet. Quod est impsonale passiuæ uocis:quod desinit i tur: & deriuat a uerbis i o nō significātib⁹ passionē:& nullum casu3 reqrit:ut itur statur legit. Quædā sunt uerba ipsonalia:q in t desinunt:& tñ in significato sunt similia illis q̄ desinunt in tur:ut satisfit. benefit. malefit. quo℞ pterita satisfactu3 est. benefactum est. malefactū est. Vbi notandu3 ē q̄ ꝯposita a facio quotiēs a retinēt in presenti:totiens habēt passiuū in o a fio fis:ut a calefacio calefio:a frigefacio frigefio:a patefacio patefio a cōsuefacio cōsuefio:a tepefacio tepefio:a tātifacio tātifio:a quātifacio quātifio:a magnifacio: multifacio: plurimifacio:nihilifacio:naucifacio:floccifacio. sil'r at si mutāt a in i faciūt passiuū in or ut ꝯficio cōfi-

cior:pficio pficior:afficio afficior:inficio ificior:ef/
ficio efficior:pficio pficior:pficio pficior pleraq si
ne actō: ut conor pficere litteris.cui' impersonale
Lucreti' ptulit in tertio.Proficit bello:ut sæpe offi
cio cū dtō tm̄:ut tu officis mihi.lucreti' tamē in fo
Officiunt uti cogant tardius ire. Deficio deficior:
quādo est actiuū p relinquo. ut ne te deficiat aius:
Quādo aūt est neutr̄:dicit:nihil mihi deficit:& p
passiuo hab3 deficio.Terentius i eunucho.Oia ha
beo:neq quicq habeo.nihil cū est:nil defit tn̄.
Quot sūt ordines ipersonaliū uerbor̄ desinētiū in t
Quinq.Quæ sunt uerba impersonalia primi ordi/
nis? Quæ exigunt āte se gtūm:& post se infinitū:ut
pceptoris interest legere.Discipuli refert andire.
Excipiuntur genitiui quinq pronominum mei.tui.
sui.nostri.& uestri.
Ite3 genitiuus huius nominis cuius cuia cuium:loco
quor̄ ponunt ablatiui fœminini:mea.tua.sua:nr̄a.
& uestra.

Interest	erat	fuit	
Refert	bat	lit	per apertenere

Laurentius Valla latinæ linguæ peritissimus multis
uerbis conatus est ratione3 redder̄:quāobrem abla/
tiuis hor̄ pnoiu3 fœmininis poti' q gtis utamur &
acute qdē multa disseruit: nec tn̄ attigit ueritatē:q
i pmtu & quasi ad man' erat.quod nō est magnope
mirādū qppe nō oīa possumus oēs.& ut poeta inqt
Quandoq bonus dormitat Homerus.Vera autē &
apta eius rei ratio ē: q interest ɔponit ex in & re &

est. Refert aut ex res & fert. Nihil. n. aliud e interest q in re est. & nihil aliud est refert q res fert. Non poterat itaq aliter q hoc mo dici in mea re est: in tua sua nra & ura est. Ita res mea fert & tua sua nra & ura res fert. Et in re Platonis seu Ciceronis est: & Platonis seu Ciceronis res fert. Et similiter si cu p-noie nomen ipsum ponere uolumus: mea platonis interest. i. in re mea Platonis est: tua pyrrhi refert. i. res tua Pyrrhi fert. Et in cuia siue cuius res est: ut cuius siue cuiu pecus est dicim9. Cu itaq dicim9 interest mea interest Ciceronis: ide est ac si dicerem9 in re mea e: in re Ciceronis est. Res mea fert: res ciceronis fert. Interest pot esse impsonale & psonale. Impsonale qno het gtm & ifinitiuu sicut supradcum est. psonale uero si an se heat ntum ut smo tuus interest nostra: & qd mea interest qtulibet scribas cuius sensus e. qd ad re mea ptinet: & qd interest meu est: ut iuricosulti loquut. Significat et aliqno pntia ut tu interfuisti nuptiis meis. Aliquado distatiam. ut ex hoc ad ptoriu duo passuu milia intersunt. Ite differentia: ut multum interest bene an male qs agat. i. magna differetia e. Inuenim9 quoq aliqno pui & magni interest ul refert. item prudens interest a stulto: Ter. i adelphis. Hoc pater: hoc dns interest. Eode mo possum9 dicer hoc no refert mea: no rfert Socratis: hoc e no fert res mea: no fert res Socratis. i. no pertinet ad utilitate mea & socratis. Horati9 refert cu datiuo iunxit: ut dic quid referat intra naturæ fines uiuenti.

Quæ ſunt uerba impſonalia ſecūdi ordinis: quæ exigūt dtm̄ añ ſe:& poſt ſe īfinitū. ut mihi ɔtīgit leger̄

Accidit	bat	dit	
Cōtingit	bat	git	
Euenit	bat	nit	p auenire e p accader̄
Conuenit	bat	nit	
Cōpetit	bat	tit	per conuenire
Placet	bat	cuit	
Libet	bat	buit	per piacere
Licet	bat	cuit	per eſſere licito
Expedit	bat	dit	per eſſere utile
Liquet	bat	uit	
Patet	bat	tuit	
Conſtat	bat	tit	per eſſere manifeſto
Vacat	bat	uit	p hauer̄ tp̄o o ɔmodita
Sufficit	bat	cit	per baſtare

Hæc oīa uerba & alia his ſimilia ſi ntūm & dtūꝫ habent pſonalia ſunt:& declinant̄ p numeros & perſonas. Si infinitū & dtūm imperſonalia. Notādū auteꝫ ꝙ dicimus recte placet mihi me eſſe largū:& placet mihi eſſe largus. Qui modus loquēdi repit̄ etiā cū aliis uerbis: ut puto te eſſe bonus amicus. Lucanus ī decimo Titūqꝫ putauit iā bonus eſſe ſocer. & Ouidius. Qui pcor eſſe tu⁹. & Terēti⁹. Hei mihi pater eſſe diſce ab his q uera ſciunt. Idē. Quæ ſeſe ihoneſte optauit parare hic diuitias q̄ꝫ ī patria paup uiuere. Hic modus loquendi e græco fluxit apud quos frequētiſſimus eſt: ut in ſacris litteris. Popule meus q feci tibi: aut qd moleſtus fui reſpōde. & Attēdite

popule meus legē meaꝫ. Et Virg. Nate meæ uires
mea magna potentia solus. Nam hæc nisi a græco
traherent̄: diceret̄ popule mi: uel p ntm̄ cū pnoie si
cut tu popul' me' respōde mihi & subintelligit̄ ens:
ut defēde me tu dn̄s: hoc est tu ens dn̄s. adiuua me
optie uir: & adiuua me tu optiꝫ' uir. i. ens optiꝫ' uir.
Quæ sunt uerba ipsonalia tertii ordinis? quæ accu-
satiuum exigunt & infinitum ut me iuuat legere. te
oportet discere: mulierem decet esse pudicam.

Iuuat	bat	uit	per	giouare.
Oportet	bat	uit	per	bisognare
Decet	bat	uit	per	conuenirse
Delectat	bat	uit	per	delectare

Hæc uerba si ntm̄ & actūꝫ hebeāt: psonalia sunt: ut
consuetudo tua delectat me: quanq̄ dicat̄ etiā ego
delector cōsuetudine tua. Si uero habeāt actūꝫ & i-
finitum impersonalia sunt.
Oportet non reperitur in usu nisi impersonale. De-
cet apud Terentium & Plautum sæpe cum datiuo
repitur. ut nobis decet esse bonis.
Quæ sunt uerba impersonalia quarti ordinis? Quæ
ante se accusatiuū habent personæ patientis: & post
se infinitū uel genitiuum persone agentis: ut me mi
seret calamitatis humanæ.

Pœnitet	bat	uit	
Piget	bat	uit	per pentirse
Pudet	bat	uit	per uergognarse
Tædet	bat	sū ē uł fuit	per rencrescere.
Miseret	bat	tū ē uł fuit	p hauere misicordia

Tædet facit præteritum pertesum est uel fuit. Reperitur tamen tæduit: pertæduit: distæduit.
Miserescit etiam reperitur huius ordinis. ut Terentius. At inopis te miserescat mei. Et Virgili᷒. His lachrymis uitam damus: & miserescimus ultro.
Pudet cuius oppositum est depudet aliquàdo personale reperit᷑ ut Terentius. Quid ille fecit: quē neq; pudet quicq̄. nec metuit quēq̄. & Idē. Hei mihi nō te hæc pudet: Reperitur etiam cum datiuo: ut pudet mihi certare siluis. Quis pudeat certare senes.
Piget quoque personale reperit᷑. Terentius ne plus minus ue faxit: quod nos postea pigeat.
Pudet & piget quomodo differunt: Pudet ad dedecus refertur: unde pudor: Piget ad dolorem animi. Terentius. Fratris me quidem pudet pigetq;. hoc est uerecundor & doleo.
Quæ sunt uerba impersonalia quinti ordinis: Quæ si infinitiuis uerbis personalium iuuguntur personalia sunt: Si uero ifinitis ipsonaliū: impsonalia. ut institutum uitæ tuæ incipit mihi placere. & icipit me pœnitere laboris mei.

Incipit	bat	pit	per	comenzare.
Desinit	bat	nit	per	finire
Debet	bat	uit	per	deuere
Solet	bat	uit	per	solere

Possunt etiam esse impersonalia supradicta uerba quando absolute hoc est cum solo infinitiuo iūgun tur: ut solet dilucescere: debet aduesperascere: incipit stari: desinit amari.

De Infinitis

i Nfinita quare ita dicuntur?qa non habēt cer tos ac determinatos numeros ac personas.

Infinita uerborꝝ psonalium si qué casum exigunt añ se dûtaxat actũz exigunt:post se auté casum suoruz uerborꝝ:ut cupio te frui felicitate tua.Excipiunt ĩfi nita quæ copulare deberent similé casum.Hæc.n. & a fronte & a tergo exigunt actũm:ut qa tu es de formis miror:miror te esse deformez.lætor quia tu euadis peritus:te euadere peritum letor. qa tu ince dis supbus doleo:doleo te incedere superbum.

Infinita uero impsonalia & ante & post casus suorꝝ uerborꝝ exigunt:ut gaudeo tibi accidisse erudiri:læ tor te iuuari uirtuti incumbere:doleo te non pœni tere uitiorum.

Aĩaduertendum est ꝙ infinitiua pñtis & ꝑteriti im/ pfecti téporis tam personaliuz ꝙ̃ impsonaliũ aliqño unum dûtaxat casum añ se:hoc est casum uerbi sui habēt:nec alicui uerbo adhærent: & tunc ponũtur ꝓ ꝑteritis ĩpfectis uerbi sui indicatiui mõi cuius/ cunqꝫ psonæ & utriusqꝫ numeri.ut Salustius.Mili/ tes romani pculsi timore insolito arma capere:alii abdere:pars territos cõfirmare:ꝓ capiebant:abde/ bant:confirmabãt. Sic dicere possumus nos tedere illos pigere alios pœnitere:ꝓ nos tedebat:illos pi/ gebat:alios pœnitebat.

De Gerundiis

g Gerundia habent nõ solũ gtm̃:actm̃ & abla tiuum:ut peritus colendi agrꝝ:legendo inter

legendum:sed secūdum peritiores alios etiā casus.
ꝓpterea uerba esse nō possunt.sed qa cōstruunt cū
casibus uerboꝝ suoꝝ trāsitiue:ut cā colēdi agrꝝ ue
ni ad colendū agrꝝ:nec noīa esse possunt. Vnde qui
daꝫ uerba esse putauerunt. Propter quod Iuuenalis
quasi uerbū esset corripuit o finalem. Plurimus hic
æger morit̃ uigilādo.sed illū contra Virg. ꝓduxit
Frigidus in pratis cantādo rumpit̃ anguis.
Gerūdia quæ ab actiuis fiunt & neutris & cōibus p̄
ter ea quæ a neutris absoluta fiunt: tam actiuam q̃ꝫ
passiuaꝫ habere possunt significationē:ut mulier urit
uidēdo.i.dum uidet̃.& domꝰ meritoria aperta ē ad
uidēdū.i.ut uideat̃.& ego legēdo disco.i.dū lego.
Quare gerūdia participialia dicunt̃: qa cū nō sint
nomina & habeāt casus & genera ī utroqꝫ numero
ꝓpter quod nec uerba sunt:merito participialia di/
cunt̃:quia participiis similia sunt
Gerundia qūo differunt a participiis:qa ipsa signi/
ficāt rei administrationeꝫ sine tēpore. Illa uero hoc
est ꝑticipia tēpus sine rei administratione: ut tenet
me occupatio iuris dicendi:gerūdium est:nec tēpus
significat futuꝝ:sed rei administrationē: hoc est in
iure dicendo. Rursus tenet me cura dotis nume/
randæ.i.quæ numerāda est:participiuꝫ est futuri si
ne rei administratione significatum.
In legendis libris gerundiū ne an participiuꝫ est le
gendis: Vtrūqꝫ pōt esse. Nā si dicaꝫ in legēdis libris
tempus consumo gerundium est:ac si diceret̃ in le
gendo libros. Si aūt dixerim in legndis libris deerit

tibi tempus:pticipium est futuri:hoc est dum leges libros:uel potius dum legentur a te libri.

Nota ꝙ gerūdia cum sociata sint substātiuis semp passiue accipiunt: distincta uero actiue & nōnunq̄ passiue cū sine ꝑpositione & sine genere i casu ablatiuo quasi absolute usurpant.ut apud Virgil.uritq̄ uidēdo fœmina.hoc est dū uidet.& cātando rūpit anguis.hoc est dū cātat.Itē apud oratores ut apud M.Euryllīū:sꝫ memoria excolēdo sicut alia oīa auget:hoc est dum excolitur.

Illud ēt aiaduertendū est ꝙ gtūs singularis gerūdii cum gtō plurali sine uitio copulat. Liuius.Nō enī uereor ne qs hoc me uestri adhortādi causa magnifice loqui existimet.Adhortādi.n.singularis numeri est uestri pluralis.Item Cicero ꝑo de diuinatione Dolebas tantam stoicos nostros epicureis irridēdi sui facultatē dedisse.Plautus in captiuis.Nominandi tibi istoꝝ magis q̄ edundi copia.

De supinis Verboꝝ:

SVpina quæ pars orōnis sunt:Secūdū Quintilianū sunt uerba pticipialia sicut gerūdia a q busdā dicūt noia pticipialia.ideo nō est dicendū ꝙ sit alicuius casus.Primū supinū quod indocti putāt esse accusatiui casus:nō differt a gerūdio: nisi ꝙ supinum nunq̄ fere est sine uerbo significāte motum ad locū:ut eo & uenio. nā illa do filiā nuptū do uenum siue uenū do ædes.spectatū admissi fuimus:latentē in se motū obtinet.Gerundia nō ita:alioquin idē significāt:ut uado uenatū & uado ad uenēdum.

Vltimū supinū non ē ablatiui neq̄ alteri⁹ casus neq̄ iungit uerbo ut uenio lectu: quéadmodū uulg⁹ grā/ maticoꝝ putat: nec iungit cum adiectiuo: nec regit casuꝫ nec regit a uerbo nec a pticipio: sed a nomie ne tantū eoq̄ adiectiuo nunq̄ interueniēte ppositiōe ut miserabilis uīsu. i. cuꝫ uidet: facilis uisu. i. ut ui/ deat uel facilis ad uidendū. effabilss uictu. i. ut dica tur. optimū factu. i. ut fiat. difficile factu. i. difficile ad faciēdū.

De Participio

q Vare inuentuꝫ est pticipiū: ut oro breuior sit ac dilucidior omissis r̄latiuis aduerbiis aut cō iūctionib⁹: q̄ alioqn i ipsa orone ponerentur.

Quomō primo uitat copula. Dicim⁹. n. legēs disce p lege & disce. Deide relatiuū nomē: ut hō currēs mouet. i. homo qui currit mouet. Præterea aliæ cō iunctiones siue aduerbia: uerba quoq̄ & aliæ ptes oronis: ut docēte te pceptore: ac te nullā lectioneꝫ ptermittente celeriter ac facile disces. i. si doceret te quottidie præceptor: ac tu nullā lectionē ptermit teres: celeriter & facile disceres. Iteꝫ cognitis bene prīcipiis reliqua sine labore discunt. i. postq̄ sūt be ne cognita principia. Item uolente discipulo discer paꝝ laborat magister. i. dū aut quando uult discipu lus discere. Item cœnatus eo cubitū. i. postq̄ cœna tus suꝫ eo cubitū. Itē īterfecto patre iratus est filius. i. qa interfectus fuerat pater: uel cū interfect⁹ esset pater. Itē mortuo homine eius tñ aīa uiuit. ī. quāq̄ mortuus sit homo. Itē uiuente pontifice pax erit in italia. i. donec uixerit pontifex.

Inuentum est etiā participium necessitatis causa cū multa p participiū dici possint quæ aliter nō liceret per uerbū: ut mulieres ornāt se ne uidētes homines eas derideant. nō enī posset dici ne hoies eas rideāt & uideāt. nam uident eas omnino homines.

Quid interest inter pticipia æ noia tēporalia: Noīa tēporalia nō significāt aliud nisi ipsuꝫ tēpus per se ut annus: mēsis: dies. pticipia uero actionē uel passionem aliquā diuerso fieri tēpore demonstrāt non tempus per se.

Quos casus exigunt pticipia? quos & uerba ex qbꝰ nascuntur. uerbi gratia. Ego dū incūbo litteris non desero negocia publica: Ego incūbēs lr̄is nō desero negocia publica. Ego q amor a p̄ceptor̄ meo amo ip̄m: ego a p̄ceptore meo amatus amo ipsum.

Participiū in ans & in ens p̄n̄tis & p̄teriti impfecti tēporis est: & descēdit a uerbo actiuo neutro & cōi in significatione actiua & deponenti. ut

Legēte el maestro fa che tu attēdi cū diligentia. Legente magistro fac ut diligenter attendas. i. quādo legit magister.

Viuendo tuo padre impara quanto tu poi: Viuente patre disce quantum potes. i. dum pater uiuit

Quando ha male o uero more lhomo: allhora se conosce la sanita & la uita. Aegrotāte aut moriēte homine ualitudo aut uita cognoscitur.

Li homini che honorano dio farāno bene ī ogni tē po. Venerantes deū benefacient omni tēpore.

Cōciosia cosa chel mio maestro me exhorta & inse

gna ogni di certamēte io debbio deuentare docto.
Exhortante ac erudiēte me quottidie pceptore déo equidem fieri doctus.
Quot mōis transeūt pticipia in uim nois:qnq3 modis.mutatione ɔstructionis.amissione tēporis.comparatione. ɔpositione.& mutatione significati.Mutatione cōstructionis quādo ɔstruunt̄ cu3 alio casu q̄3 eoꝝ uerba reqrant:ut amans uirtutē pticipiū est: amans uirtutis nomē.Salustius.Alieni appetēs: sui ꝓfusus.Tēporis amissione:quādo nullū significant tēpus.ut amās.i.q amore captus est.ut miseri sunt oēs amantes.Itē doctus & eruditus.ut docti & eruditi hoīes solent laudari.Comparatione ut amātior & amātissimus.Compositione ut innocēs & īdoct᷒.
Mutatione significati ut amādus: quando significat nō eū q amabit̄:sad eum q est dignus amari:ut merito laudādus est Cicero.Quæ mutatio ēt ī pticipio actiui futuri aliquādo fit.Seneca de naturalibus questionibus:Nullā aūt mentionē fecit cometaꝝ:nō p̄termissurus si quid explorati apud illos compisset: p̄termissur᷒ dixit ꝓ eo quod ē talis qui p̄rermitteret nec tempus significat sed qualitatem hominis & animi uoluntatem.
Si uero thema daret̄ in passiua significatione in qua hoc pticipiū pn̄tis & p̄teriti ipfecti tēporis nō repitur:aut resoluendum est in uerbū quod reperit̄:aut significatio thematis in actiuē ɔuertēdo hoc mō.
Legendose Virgilio dal maestro el se īpararia.Si legeret̄ a magistro Virgilius disceret̄. aut Magistto

legente uirgilium difceretur.
In tus fus & xus & uus pticipia tēporis funt pteriti pfecti & plufq̄ perfecti:nafcunt̄q; ab oibus uerbis hntibus pteritū per fupplementū hoc eft p fum es est & participium uerbi.ut
Intefa la cafone le ifirmita piu facilmēte fe curano.
Intellecta caufa morbi facilius curantur.
Quando i prima fera facto quefto:tu cofi feguirai el defiderio tuo. Hoc primo facto confequeris defiderium tuum.
Accomodat̄ etiā pleq̄ pticipiū uerbo cui adiūgit̄ quod in exponendo facile aīaduerti poteft.
Quādo io te īfegno:tu ipare. Me docēte tu difcis.
Quando io te infegnaua:tu imparaue. Me docente tu difcebas
Quando io te infegnaro tu imparara1.Me docente tu difces.
Quādo fono facti li fūdamenti:tu edifica.Iactis fūdamētis ædifica. Facti che farano li fūdamēti edificarai.Iactis fundamētis edificato Facti che foffeno ftati li fundamēti:tu haueresse edificato.Iactis fūdamentis tu ædificaffes.
Si āt defit pticipiū:refoluat̄ ī uerbū aut ad pticipiū eiufdē tēporis recurrat̄.licet fit ī alia fignificatiōe ficut fupra dictum eft.ut.
Hauēdo io te amato e feruito piu uolte:tu deurefti recordartene
Hoc pticipiū nō repit̄ ī actiua fignificatione :ī qua thema ē:fʒ i paffiua tm̄. Aut ergo fic refoluas ī uer

buꝫ actiuũ: Cũ ego te amaueriꝫ: uel qñ ego te amaui
Aut recurras ad pticipiũ quod ĩ passiua significatio
ne repit.i.te amato a me. A neutro uero.i.seruio:
quoniã nullũ tale repit pticipiũ resoluat ĩ uerbũ.i.
quoniã ego tibi seruiui: uel cum ego tibi fuiueriꝫ.
Recordãdome io de q̃sto: nõ lhaueria mai facto. Si
ego huius meminissem: nunq̃ id fecissem.
In rus pticipiũ futuri descendit a uerbo actiuo neu
tro deponenti & cõi in significatione actiua. Vt
Hauẽdo tu a nauigare ĩ asia & ãdare ĩ diuersi paesi
donde hai a tornare riccho: fa cõ bon aio. Nauiga
tur' in asiã & ꝓfectur' in diuersas regiões unde r̃di
turus es diues: id agas bono animo.
Vtimur ẽt uerbo copulatiuo sũ es ẽ cũ ntõ eiusdẽ p
ticipii: ut cuꝫ tu sis nauigatur' in asiã & ꝓfecturus ĩ
diuersas regiones.
Hauẽdo tu a stare a uiterbo: uiue a modo uiterbese
Cũ tu sis moraturus uiterbii: uiue morib' uiterbiẽsi-
bus: uel more uiterbiensiũ Hauẽdo mio zeo a ca-
minare in francia: me lasse molte facẽde. Profectur'
patruus meus ĩ galliã. multa mihi negocia reliqt.
Hauẽdomi tu ad essere scholaro: & hauendoti io a
giouare assai de impara uolũtiera. Cum tu scis mihi
futurus discipulus: ego uero tibi plurimũ ꝓfuturus:
disce quæso libenter.
Hauẽdoti io ad insegnare cõ diligẽtia nõ tardaro.
Cũ ego te siꝫ diligẽter eruditur' minime cessabo.
Io te ho adire alcune cose. Sum tibi quædã dictur'.
Voi hauete ad audire. Vos estis audituri.

Andarai incontra a tua madre che ha atornare. Ito obuiã matri rediturae:
Vidi homo che ha a morire. Vidi hoiem moriturũ. Tẽpus uitae ita metiẽduz ẽ quasi & paꝝ & diu uictu ri simus.
In dus pticipia nascunt a passiuo tm̃ & cõi in signi ficatione passiua: his aũt nõ utimur in ablatõabsolu te sed tm̃ cũ uerbo copulatiuo. unde pleqꝫꝝ nomẽ esse uidetur
Hauẽdose a legere uirgilio dal maestro: & hauendo a essere impato da noi se uuole odirlo cũ diligentia. Cũ legendus a pceptore & a nobis audiẽdus sit Vir gilius: audiendus est diligenter.
Hauẽdose ad odire da te molte cose: se potra ele/ gere le megliore: & a quelle accostarse. Cũ abs te au diẽda sint multa: eligenda erunt potiora: illisqꝫ erit inhaerendũ.
Hauẽdo costui ad essere tormẽtato: & poi strango/ lato douerea temere. Cum puniendus hic & postea strangulandus sit deberet formidare.
Hauẽdo tu adessere aiutato & fauorito da gli amici nõ temere. Cum tu ab amicis iuuãdus: tibiqꝫ amici fauturi siut: ne timeas.
Hauẽdose ad iparare Virgilio: io usaria piu diligeu tia. Si ediscendus mihi esset uirgilius maiori uterer diligentia.
Non si hauẽdo a perdere tẽpo impara pſto. Cũ nõ sit amittendum tempus disce ꝙ primum.
Hauẽdo tu ĩ qſto facto adesserne lodato da chi ben

uiue: attàdeglie cũ diligétia: Cũ tu i hac re laudād' sis a bñuiuétib' da opam diligéter. Sæpe ét huic p ticipio adiũgem' dtm̃ ꝑ ablatõ. ut Hauédo io tro/ uato uno homo elquale de essere amato & honora/ to da me: pẽso que parole se habiano ad usare. Na/ ctus hoĩe3 mihi amãdũ colédũq3 cogito qb' uerbis utendũ sit Que se de fare o dire: Quid faciédũ di cendũ ue est Nel reuoltare e legere li libri molte cose se imparano. In euoluẽdis atq3 plegẽdis libris multa discunť. Quanq3 hæc gerũdia potius sunt q3 participia Que cose se hãno da uoi ad intendere: o uero imparare. Quæ a uobis intelligẽda aut discẽ da sunt. La lectione laquale de essere isegnata dal maestro ali scholari e/ difficile: Lectio quã amagi/ stro docendi sunt discipuli: est difficilis. Caue dicas lectio docẽda: sicut nec lectõ docta. discipuli. n. do cenť nõ lectio. Similiter la ueste spogliata a pyr rho e/ longa. Vestis qua exutus est pyrrhus est lon ga. Nõ. n. dicẽdũ esset uestis exuta: s3 pyrrh' exut'. Ab impsonalib' fiunt ne pticipia: Minime. nisi ptæ sus a tedet: quo utitur Suetonius/ Pertesus ignauia3 suã. Nã pudẽdus: pingedus: carẽdus: dolẽdus: & si/ milia noĩa potius dicẽda sunt uel pticipia abusiua. Quæ sunt pticipia q̃ i uoce passiua actiuã significa/ tioné hẽnt: Circũspect' q circũspicit quẽ solem' ap pellare cõspicuũ. Cõsideratus q agẽda ꝯsiderat: quẽ admodũ incõsiderat' q nõ uidet qd agat. Disert' q bene disserit. Cautus q cauet. hoc ẽ q sibi scit caue re. Tutus q tuetur: ut tutus portus: qui tueť alios.

Ignotus aliquãdo q ignorat. ut Quitilian⁹. Si qs tñ erret ignot. Argut⁹ q arguit: hoc ẽ ĩuestigat. Falsus q fallit: ut Terẽtius. Censen me aliquaꝫ cãm fictã: falsam ineptã saltẽ potuisse ꝓloqui? Aliquãdo etiam passiue. ut idẽ. Carne falsus es. i. deceptus. Contentus q cõtinet quod aio satisfacit nõ q cõtinet̃. Tacitus q tacet hoc est taciturnus. Virg. tñ passiue posuit. Quis te magne Cato tacituꝫ aut qs Cosse relinquat. Profusus q ꝓfundit. Scitus q sciẽs est. Discretus qui qualitates personarum & rerum momenta discernit.

Cõplacitus quod ab actiua uoce uenit sicut fluxus: & ĩueterat⁹ & iuratus a iuro. Iuratos. n. iudices dicimus qui iurarũt: & excreatos hædos apud Virg. ab excerno: ut exoletus ab exolere: quod dũ est substãtiuũ significat ĩcortũ masculũ ꝑcipue iaꝫ adultũ: dũ est adiectiuũ significat adultũ. Sꝫ raro repit̃: ut apd' Plautum. Reliqui domi exoletam uirginẽ. Adultus ab adolesco. Defectus qui deficit. Martia. Dulcia defecta modulatur carmina lingua: Cantator cygnus funeris ipse sui. Quintilianus defecta labore senectus.

Quæ sunt pticipia quæ in uoce actiua passiuã habẽt significationẽ? Euidẽs negociũ dicit̃ quod uidetur apte nõ quod uidet. Indulgẽtior facies q̃ pulchra: nõ quæ aliis ĩndulgeat: sed cui alii indulgeãt. Prætera magnificentissimos ludos dicimus quasi magnifice factos: & honorificentissimos: quasi houorifice factos.

Aliquàdo pticipia pñtis' tépoꝛis ptm̃ tépus signifi/
càt.ut Cicero ĩ Bruto. Cù e cilicia decedés rhodù
uenissem:non.n.decedens uenerat rhodum:sed diu
postq̃ discesserat. Quod ideo accidit:qa latini ca/
rent pticipio pteriti actiui. Vnde nõ recte diceref:
cù e cilicia ꝑficiscés rhodù uenisseꝫ:sed deberet di/
ci e cilicia ꝑfectus.
Participia pñtis tépoꝛis cũ substàtiuanẽ cuius gene
ris sunt:Neutri.ut accidens:còtingés:añcedés.cò/
sequens:dicens:conueniens:præsens: còtinés:apud
rhetores ꝓ firmamento orõnis.
Participia quæ cù substàtiuàẽ:& sunt masculinĩ ge/
neris quæ sunt:Oriés. occidens.ꝓflués.ꝓ flumine
& confluens.quo duo flumina còueniunt.
Participia quæ cù substàtiuanẽ sunt fœmininĩ gene
ris q̃ sunt:Còtinés quæ nõ est insula:ut a sicilia ad
còtinenteꝫ paꝝ intercapedinis est. Animàs ut Cice
ro.Ad quas se applicet sui generis animantes.Non
nunq̃ tñ hoc nomé ĩ neutro generẽ repiẽ:sed magis
i plurali.Consonans littera pro non uocali.
Quod est pticipium quod a nullo originé habere ui
deẽ: Prægnans.repetundarum. &de pecuniis repe
tundis non habet alios casus:nescio participium ne
an gerundiuꝫ dici debeat. Hæc actio proprie cadit
in eos:qui i magistratibus prouintialibus aut ui aut
dolo eripuerunt pecunias:aut uasa preciosa:uesteꝫ:
frumẽtum:nauigia:nummos:quæ oia pecuniæ noĩe
ꝯpræhédunẽ.Et cù dicimus repetùdaꝝ subĩtelligiẽ
pecuniaꝝ.Ideo aũt in hoc uerbo mutata est e ĩ u ut

ipfferat ab illo quod dicit ad res repetendas. ut sũt missi legati ad repetendas. quãdo pricipi aut poplo erepta sunt pecora: agri: homines: & similia.

De nominibus Verbalibus

Vod est nomẽ uerbale: qd a uerbo deriuat.

Verbale masculinũ desinens ĩ or qũo formatur: ab ultĩo supino mutata u in or ut doctu doctor auctu auctor.

Verbale i trix fœmininũ qũo format: a uerbali masculino mutata tor in trix. Nã quæ ĩ sor desinũt nõ faciunt ex se fœmininum præter tonsor: quod facit tonstrix assumpta t: unde fit diminutiuũ tonstricula & tonstrina. & ab expulsor expultrix.

Quẽ casum regunt uerbalia post se: Gtũm. ut persecutor malorum: & expultrix uitiorum.

Verbalia ĩ us uel in o qũo formant: a supino addita s: uel mutata u in io: ut uisus & uisio: & exigũt post se gtũm & aliquãdo duos hoc est tam psonæ uel rei agentis q̃ patiẽtis: ut uisio rei multarum rerum. Visio enĩ & actionem & passionẽ significare potest.

Notãdum tñ q uerbalia q̃ ueniunt a uerbis primæ cõiugationis positionẽ supini habentibus in itũ uel ictũ pter legem ceterorum exeũt in atio nõ in itio uel ictio. Veto uetitũ uetatio nõ uetitio. Præsto pstitum pstatio nõ pstitio. Cubo cubitũ cubatio. Domo domitũ domatio. Sono sonitũ sonatio. Crepo crepitũ crepatio. tono tonitũ tonatio. Id dicam sonitus crepitus tonitus nõ sonatus. crepatus. tonatus. Frico frictum fricatio. Et ita ĩ cæteris. Sectio tñ crebrius rpit q̃ secatio

Lauo & poto qa in ^otum habent supinum formant uerbalia lotio & potio & lotor & potor:& lotiũ pro urina:prima tamẽ breui. Et qa aliquãdo reperit̃ lauatũ & potatum:fit lauatio & potatio lauator & potator. Iuuo a ĩutũ facit iutor:unde adiutor. a iuuatũ facit iuuatio. Ex cæteris pauca sũt uerbalia:ut a domitũ domitor & domator. & sector a seco q significat uenditorem:& sectio ipsa uenditio. In men uerbalia qũo formant̃:a ƒa uerbi ꝑsona. ut acuo is acumen. nuo is numen. doceo es documen. moneo es monumen: quæ addita tũ formãt ĩ tum uerbalia:ut hoc documentum & monumentum.

In bilis uerbalia passiuã hẽnt significationẽ:& iũgũtur dtõ:ut Nec dictu effabilis ulli. Aliquãdo etiam sine casu ponũt̃:ut hæc res est laudabilis: & nihil ẽ amabilius uirtute.

In ax etiã quædã uerbalia sunt:ut loquax dicax multoꝝ uerboꝝ mordax rapax fallax capax.

De Relatiuis

q Vid est relatiuũ:quod refert aliqd ꝓcedens.

Quotuplex est relatiuũ:duplex:relatiuuꝫ substantiæ & relatiuum accidentis.

Quod ẽ re atiuũ substãtiæ: qđ refert ãncedẽs substãtiuũ:ut q quæ quod:is:suus:ipse:ille:idem. & secundũ aliquos alius alter reliquus & cætera ceteꝝ.

Q uæ sunt relatiua accidẽtis:quæ referũt ãncedẽs adiectiuũ ut qual' quãt' quot' quoten' & quotuplex.

Q ui quæ quod tribus modis accipit̃. Relatiue:ut sum pius æneas: raptos qui ex hoste penates Classe

uebo mecum. Interrogatiue. ut Sed uos q tandem q bus aut uenistis ab oris? Item isinite. ut Nescio quā rem agas: aut quem hominem diligas.
Quis & qd nunq̃ ponunt relatiue: sed uel interro/ gatiue: ut quis es tu? & qd agis? Vel infinite: ut ne/ scio quis sis: aut quid agas.
Quis uel qui ponit aliquādo p qualis ut Terenti⁹. Quis tibi uideor? & Vir. Qui iuuenes quātas osten tant aspice uires. Itē p quāto: ut quo magis. i. quan to magis. Itē qui ponit p q̄uo aut ppter qd ut Te/ rentius. Qui istuc. idest q̄uo aut cur.
Sui semper reciproce ponitur
Suus semp relatiue ponit ut pater amat filios suos.
Is ea id ponit relatitiue: ut deus diligit bonos: ego eum colo.
Et redditiue: ut is qui deum colit est bonus.
Ipse ipsa ipsu3 relatiue ponit in tertia psona: ut ego deum colo: ipse benefacit bonis. Demōstratiue quā do p noībus demonstratiuis discrete ponit: ut ego Ipse: tu ipse: ille ipse. Inuenit & sine pnoie: ut Virg. Ipse remitto: & alibi. Quæq3 ipse miserrima uidi: Et quo℞ pars magna fui. Sic eni3 p discretionē quādā pfert. ut in sexto æneidos. Ipse ratem pōto subegit uelisq3 ministrat: quasi solus.
Ille illa illud ēt figurate apponit: ut Virg. Ille ego q quōdā gracili modulat⁹ auena: & Tu ne ille æneas quē dardanio anchisæ Alma uenus phrygii genuit simoentis ad undā. nō tamē discretionem significat ut ipse: sed potius relationē quādā. Relatiue ponit

ut Ego deū colo: & illū cupio uidere. Demonstratiue: ut uides tu illum. Redditiue ut ille quì legit: discit.

Alius alia aliud ponit relatiue: ut uideo petrum & alios homines: Licet eni añcedens idest petrus differat ab aliis hoībus numero cōuenit tamen specie: q̄ est homo. Itē discretiue ut ego sū alius a te: idest q̄ tu. Itē diuisiue: ut hominū alii qescūt alii laborant.

Alter & ali⁹ quo differūt? Alter dicit de duob⁹: ali⁹ uero de pluribus: sicut uter: ex quo cōponit neuter duo℞ tantū est interrogatiuū: qs uero plurium

Relatiua accidentis multa sunt secundum diuersa genera accidentium quæ per nomina adiectiua significantur. Adiectiuorum enim quedam significāt q̄titatem q̄dam qualitatem.

Adiectiuoru℥ quæ significant quantitatē: alia significant quantitatem continuam: alia discretam

Quæ sutn adiectiua significantia quantitatem continuam: Magnus: paruus. longus: latus: altus: profūdus: quæ referuntur per tantus & quantus: ut ego sum magnus quantus tu es: uel ut tu: Vel ego sum magnus: & tantus es tu. Quantitatem continuam

Item per tam & q̄: ut ego sum tam magnus: q̄ tu.

Ex his quæ significant quantitatem discretam: alia significant quantitatem discretam absolutam: alia quantitatem discretam ordinalem

Quantitatem discretam absolutam significant: quæ referuntur per tot & quot: ut ego habeo decem talenta quot habes tu uel ut tu. & sunt hæc. Quantitatem discretam absolutam

Ntò unus una unum. Gtò uniuſ. Datiuo uni. Actò nnum unà unũ. Vtò o une una unũ. Ablatò ab uno una uno. Et Plr̃ ntò uni unæ una. Genitiuo unoꝝ unaꝝ unoꝝ. Dtò unis. Actò unos unas una. Vocatiuo o uni unæ una. Ablatò ab unis.

Pluraliter ntò duo duæ duo. Gtò duoꝝ duaꝝ duorum. Datiuo duobus duabꝰ duobꝰ. Actò duos duas duo. Vocatiuo o duo duæ duo. Ablatiuo a duobuſ duabus duobus.

Pluraliter noïatiuo hi & hæ tres & hæc tria. Genitiuo hoꝝ & haꝝ & horuꝫ trium. Datiuo his tribus. Actò hos & has tres & hæc tria. Vacatiò o tres & o tria. Ablatiuo ab his tribus.

Quattuor uſqꝫ ad cẽtum indeclinabilia ſunt. qnqꝫ ſex. ſeptẽ. octo. nouẽ. decẽ. undecim. duodecim. tredecim. quattuordecim. qndecim. ſexdecim. decẽ & ſeptẽ. decẽ & octo. uel duo de uiginti. decẽ & nouẽ uel undeuiginti. uiginti. uiginti unus. uigĩti duo. uiginti tres. uiginti quattuor. uiginti qnqꝫ. uiginti ſex uiginti ſeptẽ. uiginti octo uel duo de triginta. & uiginti nouem. uel undetriginta. & Triginta. trigĩta unus. triginta duo. triginta tres. &c. Quadraginta. qnquagĩta: ſexaginta. ſeptuaginta. octogita. nonagĩtà. Centum. Centũ & unus. uel unus ſupra centum. centũ & duo. uel duo ſupra centũ. centũ & decẽ ul' decẽ ſupra centũ. &c. Ducenti tæ ta. trecenti tæ ta: quadrigenti. qngenri. ſexcẽti. ſeptingẽti. octingenti noningenti. mille. Hæc duo milia. hoꝝ duoꝝ miliũ his duobuſ milibuꝫ. hæc milia. o milia milibꝰ. Tria

milia: & quattuor milia & reliqua. Vbi nota ꝙ nõ dicimus hi & hæ milia ut quidã putãt: sed hæc milia qa est nomẽ substantiuum. Nec dicere debem⁹ duo milia hoĩes: sed duo milia hoĩuꝫ. Nam quod ĩ sacris litteris legimus. Duodecim milia signati. Si non est error: sic exponi debet: Signati numero duodecĩ mi milia: hoc est qui erant numero duodecĩ milia. Quidam ideo inciderunt ĩ hunc errorem: quia legimus duo milia põdo argenti: sed pondo genitiui casns ẽ hoc loco nõ noĩatiui. Mille aũt interdũ adiectiuuꝫ ẽ: & iõ dicere possuꝫ⁹ mille hoĩes. Interdũ substãtiuũ & sic dicim⁹ mille hominũ ut mille numũ Nec possumus dicere duo mille. tria mille: sed duo milia tria milia: uel bis mille: ter mille: ut bis centum: ter cẽtũ Ouidius. Annos uixi bis cẽtũ. iaꝫ tertia uiuit ætas Ab his deriuantur aduerbia numeralia quæ referuntur ꝑ totiens quotiens: ut ego ter legi uirgiliũ quotiens tu uel ut tu. Aduerbia numeralia

Semel bis ter quater qnqes sexies septies octies nonies. decies. undecies. duodecies. tredecies. quattuordecies. quindecies. sexdecies decies septies. deciesocties. deciesnouies. uigesies. Semel & uigesies bis & uigeties. &c. Trigeties. Quadrageties. Quinquàgeties. sexageties. septuageties. octoageties nonageties. ꝓ quibus dicimus uities tritief quadragies .quinquagies sexagies septuagies octuagies & octagies nonagies. Centies ducenties trecẽties quadringenties quingẽties sexgenties septingenties octingẽties nongentiés milies.

Quantitatem discretam ordinalē significant quæ referūt per totus & quotus: ut ego fui secūdus quotus uel ut non fuisti tu. quotus quisq; est quasi nemo: & sunt hæc.
Primus secūdus tertius quartus qntus sextus septimus octauus nonus decimus undecimus duodeci9 tertiusdecimus quartusdecimus qntusdecimus sextusdecimus septimusdecimus octauusdecim9 uelduodeuigesimus nonusdecimus uel undeuigesimus. Vigesimus uigesimusprimus uigesimussecūdus uigesimustertius uigesimusquartus &c. Trigesimus. Quadragesimus qnquagesimus sexagesimus octuagesi9 nonagesimus cētesimus ducētesimus trecentesimus quadringentesimus quingētesimus sexcētesimus septingentesimus octingentesi9 noningentesi9 millesi9 Nos sumus in anno salutis nostræ millesimo quadrigentesimo septuagesimo octauo septio kl'as aprilis.
Alia sunt diuisiua in pares numeros: quæ quidam dicūt referri per toteni & quoteni: quæ nomina legisse me apud aliquem doctū non memini: ut quoteni itis terni. Sunt autem hæc.
Singuli singulæ singula. bini terni quaterni quini seni septeni octeni noueni deni undeni duodeni terni deni quaternideni qndeni senideni denisepteni deni octeni deninoueni. Vigeni: trigeni. quadrageni. qnquageni. sexageni. septuageni. octuageni. nonageni Centeni. ducenteni uel duceni. trecēteni uel treceni quadringenteni. qngēteni. sexcēteni. septingenteni. octingenteni noningenteni. milleni.

Ponunt̃ ne aliquando bina pro duo & terna ꝑ tria:
Ponunt̃ quotiens substantiua quibus iungunt̃ decli
nant̃ tantũ in plurali ut binas ternas denas litteras:
non duas tres decem. Interdũ tamẽ poetæ etiaꝫ cuꝫ
aliis substantiuis eodeꝫ mõ usurpant. ut Virgi. Bina
manu lato crispans hastilia ferro.
Alia sunt quæ ipsũ numeꝝ per se sumptũ significãt:
ut unitas binarius ternarius quaternarius qnarius se
narius septenarius octonarius nouenarius denarius
undenarius duodenarius. &c. Vigenarius. trigena-
rius quadragenarius qnquagenarius sexagenarius
septuagenarius octuagenarius nonagenarius cẽtena
rius ducẽtenarius trecẽtenarius quattuorcẽtenarius
qngẽtenarius sexcẽtenarius septingẽtenarius octin-
gentenarius noningentenarius millenarius
Alia sunt q̃ significãt numeꝝ annoꝝ: ut biẽnis trien
nis quadriẽnis qnquẽnis sexẽnis- septẽnis octennis
nouẽnis decẽnis. Vnde fiunt substãtiua bienniũ triẽ
nium quadriẽnium quinquenniũ septẽniũ & decẽniũ
Alia uero non sunt in usu: nec reperiunt̃ ut quidam
ignari putãt totẽnis & quotẽnis.
Alia significant quantitatem discretam ponderis uł
mensuræ quæ referuntur per totuplus & quotuplus
& significant quendam sui excessum. Vt centuplo
maior est ager meus q̃ꝫ Socratis: quotuplus nõn est
tuus. & sunt hæc.
Duplus dupla dupluꝫ. Triplus quadruplus quincu
plus sexcuplus septuplus octuplus decuplus centu-
plus ducentuplus millecuplus.

Alia sunt diuisiua seu multiplicatiua formæ:& refe-
runtur p totuplex & quotuplex. ut habeo triplicē la
nam & triplicē uestem.i.triū generum:quotuplicem tu
habes. Aliquādo tamē improprie ponit cū dictioni
bus carentibus plurali.ut triplex fum' domū nostrā
egredit:hoc ē tres fumi.si ita dici potest. Simplex
duplex:triplex:quadruplex:quincuplex: sexcuplex:
septuplex:octuplex:nonuplex:decuplex:uigecuplex
trigecuplex:quadragecuplex:qnquagecuplex: sexa-
gecuplex:septuagecuplex:cētuplex:millecuplex. Itē
duplex & triplex p duplicat'& triplicat' accipit:unā
fiunt uerba duplico & triplico.amltiplex mltiplico
Relatiua quæ incipiūt a c uel a q tribus modis ac-
cipiūt. Relatiue:ut ego sum albus qualis es tu:ego
sum magnus quātus es tu.sentinas cuias es tu. Inter
rogatiue.ut qualis es tu:quātus es tu: quotū annum
agis:quot nūmos habes: Infinite:ut nescio quantus
sis.cuias sis.aut cuia filia sit hæc puella.
Relatiua quæ incipiūt a t capiunt relatiue copula
mediante.ut ego sum albus:& talis es tu.ego sū ma
gnus:& tantus est plato. ego habeo multos discipu-
los:& tot habet Socrates:Redditiue:ut ego sum ta
lis & tantus:qualis & quātus est iste. Infinite:quādo
sequitur coniunctio q uel ut. Vt ego sum talis & tā
tus ut non egeam opa tua.ego cupio talis esse ut fœ
lix uidear.
Reperiūtur aliqua relatiua quæ geminant uel assu-
munt cunq ut quisquis: quicunq: quotquotcunq:
qualiscunq:quandocunq: quæ proprie posita uim

habent ipſius relatiui ſimul cum antecedente diſtri
butiuo:ut qſqs aut quicūq; legit diſcit.i.omnis qui
legit diſcit.Ponunt etiā aliquādo pro ipſo relatiuo
tantū:ut deus omnia quæcūq; uoluit fecit.& pro di
ſtributiuo tantū ut ego diligo quécūq; hominez.i.
omné hominé.Ponunt etiā infinite ut Vir.Quicqd
erit ſupanda omnis fortuna ferendo eſt.
Quis & q̄ꝫ cū qbus & quo componūt:Siqs.enqs.nū
qs.qſputas.aliqs.neqs.qlibet.quis.Aſſumūt etiam
ſyllabicam adiectioné nihil per ſe ſignificantem:ut
Quiſq;.qſnam.qdam.qſpiam.& qſquā.qcūq;.
A relatiuiſ ſubſtātiæ multa aduerbia deriuant: q̄ eiſ
dem modis ponunt.
Temporalia:ut a q quæ quod Quādo:a pronoībus
tunc.i.eo uel illo tépore.Ab alius alia aliud alias.
Localia uero iſta.A qui q̄ quod quo qua unde ubi
quorſū quouſq;. Ab ille illa illud pronoīa aduerbia
deriuāt illinc illuc illorſū illic illac uł illa illucuſq;.
Ab is ea id ibi inde eorſum eo ea eouſq;
Ab hic hæc hoc Hic hinc horſū huc hac hucuſq;.
Ab iſte iſta iſtud iſtinc iſtac uł iſta iſtorſū iſtic iſtuc
iſtucuſq;.
Ab alius alia aliud alibi alia aliorſum aliunde alio
aliouſq;
Hic hæc hoc iſte iſta iſtud ille illa illud quo diffe-
rūt.Hic ſignificat hoīem uel rem proximā loquen-
ti:iſte proximam audienti. ille remotam ab utroq;:
quemadmodum etiā aduerbia eoruz.Hic ſignificat
locuz proximum loquenti uel ſcribenti.Illic locum

proximum audienti: uel ei ad quē sermo aut litteræ dirigunt. Illic locum remotum ab utroq;. Iste tamē ponit aliquādo pro hic. Cicero. Cum isto tempore stent cum gladiis armati. Ille quoq; nōnunq; per dignitatem quandam atq; eminentiam accipitur indicās esse quod omnes noscē debeāt: ut Alexāder ille magnus. architas ille tarentinus.

Is & hic quomodo differūt: Is spatio longiore accipitur. Hic uero propinquiore. Multis tamē in locis cōfundūtur. ut Qui præfert uirtutē diuitiis: hic sane prudens est: uel is sane prudens est. Poetæ tamē aliquādo capiūt ille pro is. ut Horatius Qui didicit patriæ quid debeat: & quid amicis. Quo sit amore parens: quo frater amandus & hospes. Quod sit cōscripti: quod iudicis officium: Quæ partes in bellū missi ducis: ille profecto Reddere personæ quæ sit reuerentia cuiq;. Nam quod in sacris litteris legit. Non qui se ipsum commendat sed quem deus commēdat ille probatus est. Equidem non probo.

Relatiuum discordat ne aliquando cum antecedente: Discordat. In quibus accidentibus: In genere & numero. Quomodo in genere: ut apud Salustiū. Est locus in carcere quod tullianum appellatur. Quomodo i numero: ut omnes tenues atq; humiles q̄ maxia i populo multitudo est sibi præsidium paratū putat

DE Patronymicis

Quod ē nome patronymicū: Est illud qd' significat filiū uel filiā: nepotē uel neptē: aut aliū descēdētē: ꝓprie tamē a ꝓpriis patꝝ noīb' deriuat.

Quot ſunt terminationes patronymicoꝝ:Quattuor In des uel in as uel in is uel in ne:ut hic priamides hoc eſt filius priami: hæc priamis dos hoc eſt filia priami.hæc pelias dis uł dos hoc ē filia pelei. hæc adraſtine nerine acriſione hoc ē filia uł neptis adra ſti:nerei:acriſei.

Patronymica cuius generis:fœminini: præter ea q̃ deſinunt in des.

Patronymica cuius declinationis ſunt:quæ deſinūt in des uel in ne ſunt primæ declinationis:quæ uero deſinunt in as aut in iſ ſunt tertiæ.

Patronymica qualia nomia ſunt:Subſtātiua:ut pria mideſ Helenæ raptor cauſa fuit excidii troiani.

Quæ noīa ſunt q̃ interduꝫ ꝑ patronymiciſ ponūẗ: Poſſeſſiua:ut Iuno ſaturnia.i.filia Saturni.& Scipio æmilianus.i.Aemilii filiuſ.

Q ūo formāẗ patronymica:Patronymica maſculina q̃ fiunt a noibꝰ primæ declinationiſ formātur a gtō ſingulari mutata e in deſ:ut maia maiæ maiadeſ:Ilia iliæ iliadeſ.Aeneaſ æneæ æneadeſ.Hippoteſ hippo tæ hippotadeſ.Anchiſeſ anchiſæ ꝓprie anchiſades q̃ꝫq̃ꝫ uſuſ obtinuit ut āchiſiadeſ dicerēẗ. Buteſ butæ butadeſ.Corieteſ corietæ corietadeſ: quāuiſ magiſ ſit in uſu corietideſ.

Patronīca maſculīa a noībꝰ ſe declinationiſ formāẗ a gtō addita deſ:priamꝰpriami priamideſ:ſꝫ q̃ duplex ii hēnt i gtō mutata i in a & addita deſ faciūt patro nymicū:ut Antoniuſ antonii antoniadeſ. Menetiuſ menetii meneatides

Patronymica masculina a nominib' tertiæ declina tionis formant a datiuo singulari addita des: ut Nestor.ri.nestorides: Antenor.ri: Antenorides. Licet poetæ aliquãdo addant a causa metri.ut amphitrioniades: laertiades. Dicũt etiam deucalides ꝓ deucalionides: & scipiades ꝓ scipionides.
Patronymica fœminina a masculinis formant̃ r̃mota d.ut a priamides priamis.a dardanides dardanis Dixerunt tamen poetæ atlantiades: & phætontiades in plurali.hoc est atlantias & phætontias: in singulari ꝓ atlantis & phætontis.a peliades pelias. ab æneades æneis cũ deberet facere æneas.
Multa tamen patronymica abusiue ꝓferũt ut a Tideus titides.a peleus pelides. a prometheus prometides.a theseus thesides.ab achilles achillides.ab orpheus orphides.a coroneus coronides.penultima ꝓducta. Iliades filius iliæ Romulus recte format.
Patronymica aliquando sumũt loco patrioꝝ noiuꝫ: ut romulidæ.i.romani.thesidæ.i.atheniẽses.æneadæ troiani.cecropidæ athenienses.timarchides proprium est & thimarchides timarchi filius.
Pauca inueniunt patronymica ĩ ne fœminina ut nereus nerine.adrastus adrastine.acrisius acrisiõe.ex quo acrisioneus. Vir. Acrisioneis dane fundasse colonis. Quod dicit Priscianus esse possessiuũ ab acrisione: Seruius uero patronymicũ fœmininum.
Reperiuntur patronymica improprie formata: & a nominibus matrum: ut Romulus iliades idest Iliæ filius: & Maiades Mercurius idest Maiæ filius. Et ab

auiſ maternis: ut atlantiadeſ ideſt Mercurius Atlantiſ filiæ filiuſ: & inachideſ ideſt Epaphuſ Iouiſ Inachi filiuſ. Et a regibuſ uel conditoribuſ. ut cecropidæ ideſt athenienſes. ab ænea æneadæ ideſt troiani uel romani. Item a nomine fratris: Virg. Tum phætontiadas muſco circũdat amatæ Corticis. ideſt ſorores phætontis:

De Comparatiuis:

c Omparatiuum quod eſt: quod cum intellectu poſitiui uł aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbium ſignificat. ut liberalior magis liberalis: & fortior magis fortis: & doctius magis docte. Comparatiua cuius generis: cõmunis: præter unũ dũtaxat quod eſt maſculini ſenior.

Comparatiua quẽ caſum exigũt poſt ſe: noĩatiuũ cũ q̃ uel ablatiuum ſine q̃ cum alio ablatiuo ſignificãre exceſſum: & cum omnibus caſibus quos habere poſſet poſitiuum ſuum: ut hoc dolium eſt plenius olei illo uel q̃. illud dolium tribus digitis. Verum relatiua & negatiua ſemper ſine q̃ ablatĩo iungunt ut nemo eſt doctior platone.

Comparatiua unde formantur a nominibus adiectiuis ſignificantibuſ accidenſ: quod ĩcrementũ diminutionemq̃ ſuſcipiat: ut ab albo albior. Vł a uerbiſ ut a detero deterior. Quod uerbum teſte Seruio minuſ bonum ſignificat non peiorem. Virgiliuſ: Cum duo ſint apibuſ regeſ alterum deteriorẽ hoc eſt minuſ bonum iubet necari. Deterior q̃ uiſuſ eum ne ꝓdig⁹ adſit Dede neci. A potior hic & hæc potior

& hoc potius. A participiis quæ tunc in nomen trà seunt ut amans amantior. A præpositiòibus siue ad uerbiis ut extra exterior: ultra ulterior: quàq̃ exter quoq; nomen reperiatur. ut Vir. Fas extra querere regna. Antiqui aliquàdo a ꝓnoīb⁊ & noībus ꝓpriis compatiua & superlatiua ꝓtulere. ut ipse ipsi ipsior ipsissimus. Nero neronior neronissimus.

Quomō formàtur compatiua? a primo casu desinen te in i: ut albus albi albior. fortis forti fortior.

Quæ sunt compatiua anomala quæ contra hanc re gulam formàtur? Bonus melior optimus: malus pe/ ior pessimus. magnus maior maximus. puus minor minimus. dexter dexterior dextim⁊. Sinister siniste/ rior sinistimus.

Senex senior siñ suplatio. Iuuenis iunior siñ suplatio Multum plus ĩ numero singulari generis neutri: in plurali omnis.

A noībus quæ habēt uocalē ante is uel ante us com paratiua formant: sed accipit magis aduerbiū: & di cit magis arduus: magis tenuis. magis pius: quàuis tenuior apud neteres reperit. & Iuuenalis egregius dixit ꝓ magis egregium. Egregius cœnat meliusq; miserrimns hoꝶ.

Nequam cōmune triu; geneꝶ nequior format com paratiuū & suplatiuum nequissimus:

Ab aduerbiis siue præpositionibus in ra fiunt cōpa tiua in erior: nt extra exterior: intra ĩterior: ultra ul terior: citra citerior: infra ĩferior: supra supior: post posterior: ante anterior ꝓpe ꝓpior. A sæpe cōpati

uuȝ nò inuenit. Cato tamé suplatiuo usus est. Sæpissimam discordià fuisse dicens. Pridem prior: cuius suplatiuum est primus cũ genitiuo iùgat: & ad plures sui generis competur. Virgilius. Primus se danaum magna comitante caterua. Androgeus offert nobis. Ergo prior de duobus: primus uero de pluribus dicit. Magnificentior & magnificentissimus munificentior & munificentissimus: beneficentior & beneficétissimus quàuis a magnificés munificés & beneficés deriuari uideat: tamen hæc ì usu nò sunt: sȝ pro his utimur magnificus: munificus: benificus. Cato de rege Ptolemeo dixit. Optimo atq͡ȝ beneficissimo. & Acti⁹. magnificissimo atq͡ȝ excellentissimo honore. Terentius i phormione. At qn mirificétissimũ Compatiuuȝ sæpe ꝓ positiuo accipit: ut senior pro senex. Nonnunq͡ȝ significat minus positiuo. ut Tristior & lacrimis oculos suffusa nitentes: pro subtristis. Et quàdo ad contraria comparatur minus positiuo significat. ut si dicam: mare ponticum est dulcius q͡ȝ cætra. hic ostendit paꝝ aliqd dulcedinis habere plus q͡ȝ cætera

Cumparatiua sæpenumero diminutiuorum formaȝ accipiunt a neutro addita culus ut maiusculus & regimen seruant comparatiuorum. Terentius: Thais q͡ȝ ego maiuscula est.

Magis aduerbium nò solũ positiuo sed ét còpatiuo aliquàdo iùgit cù uel ad se uel ad alium compat. ut Achilles fuit fortior ænea magis q͡ȝ iustior. & aiax ulixe fortior magis q͡ȝ Diomede. fuit

Nota q̄ queadmodũ dicim⁹ ego sũ fortior q̄ tu in
nr̃o casu: ita dicit⁹ et ĩ obliqs: iudico te doctiorẽ q̄
illũ: amo te magis q̄ illũ: sṗuio tibi magis q̄ illi: idi
geo te uel tui magis q̄ illo ul' illius. Quãdo ꝯpatiuo
iũgit̃ multo: uidet̃ plus significare q̄ suplatiuum.
Cicero de officiis. Vale ĩgit̃ mi Cicero tibiq; psua-
de esse te quidem mihi carissimũ: sed multo fore ca
riorem: si talibus monumẽtis præceptisq; lætabere.
Compatio quotiens fit apud græcos ad unũ sui ge
neris compatiuo utunt̃: quotiens uero ad plures sui
generis superlatiuo. In quo nos cũ illis conuenim⁹
Et hoc ab eis factũ est: ut sensum comparatiui sen
su suplatiui distinguerent. Qui utriq; hoc est com-
paratiuo & superlatiuo genitiuũ tribuũt cũ careãt
ablatiuo. Apud nos uero illa ambiguitas non est: q
comparatiuo ablatiuũ damus siue ad unum siue ad
Plura diuersi generis referat̃. Tñ illa græcoꝝ ratõ
tanti est momenti: ut iã latini ad formã græcæ cõ
structionis imitati cõparatõ genitiuum addiderint:
utriq; inter duo: sic Aiacũ fortior fuit Thelamoni⁹
& manuum melior est dextera. si tres fuissent aiaces
nõ fortior sed fortissimus diceret⁹ sicut digitoꝝ me
dius est longissimus. Vnde non licet dicere pyrrh⁹
ẽ doctior sentinatibus sꝫ doctissim⁹ sentinatũ. Vir.
Huic coniũx sicheus erat ditissimus agri Phœnicũ
& Horati⁹ in sermonib⁹. O maior iuuenũ inquit: ad
duos. n. Pisões filios patrẽq; scribebat. Ouidi⁹ ĩ psõa
medeæ q duos filios hũit. Cũ mĩor e pueris iuss⁹ stu
dioq; uidẽdi: Cõstitit ad gemĩæ limĩa prima foris. &

Cæſar in commentario decimo. In teſtaméto Ptole/
mæi patris hæredes erãt ſcripti ex duobus filiis ma
ior. Hinc Cato maior & minor. Scipio maior & mi/
nor de duobus dicit̃. De pluribuſ uero Fabius ma/
ximuſ: & Valeriuſ maximuſ. Compatiuum igit̃ inter
duo ponit̃: ſuplatiuum inter plura. quod manifeſte
oſtendit Cicero cũ ait in Piſoné. Me ædilé: prioré:
prætorem primũ. Quippe edileſ duo tantũ erant: ſi
cut duo cenſoreſ: & duo conſuleſ. Cæteri aũt magi
ſtratus pluref erant:
Nota hoc etiã intereſſe inter cõpatiuu; & ſuplatiuũ
ꝙ dubitãdo uel interrogando cõpatiuo utꝝ dicamꝰ
ſuplatiuo quid. Cuius rei ratio eſt: ꝙ compatiuũ de
duobus dicit̃: ſuplatiuum de pluribus. Quintilianuſ
Ita nõ tantũ utꝝ ſit meliꝰ ſed quid ſit optimũ querit̃
Et Cicero. utꝝ potius: aut qd potiſſimu; dicamuſ.
Iungitur tamen qd etiã cum cõpatiuo ſed ĩproprie:
utꝝ uero nunq̃ cũ ſuperlatiuo.
Quot modis fit cõpatio: Quattuor. aut ab una ſub/
ſtantia ad aliã: ut ego ſum maior te. aut ad ſeipſã: ut
ego ſum ditior ſolito: uel ditior hodie q̃ heri. Aut
ab uno accidéte ad aliud: & tũc fere ſemp utimur ad
uerbio: ut ſu; magis fortis q̃ doctꝰ. Aut ab uno actu
ad aliũ: ut ego malo uitam q̃ mortem & magis lego
q̃ diſco.
Quot mõis nõ poteſt cũ ablatiuo iũgi compatiuũ:
Quinq;. Aut cum comparatio ad duos fit. tunc enim
eget genitiuo: ut duoꝝ fratrum maior eſt Marius.
Aut quando non inuenitur ablatiuuſ. ut dulciuſ eſt

mare ponticum q̄ꝫ cætera maria. Aut quando inter ipsa adiectiua fit compatio: ut ego sum magis albus q̄ꝫ niger & non nigro. Vel cū inter ipsa uerba fit cō paratio. ut plura audio q̄ꝫ credo. Vł cū dictio a qua fit exceptio fuerit in noīatiuo: ut Diomedes fuit for tior q̄ꝫ troiani omnes præter q̄ꝫ Hector. Coniūctio .n. exceptiua copulare debet similes casus.

Quot modis non potest comparatiuū regere nomi natiuū cū q̄ꝫ: Similiter qnqꝫ. Aut cū comparatio fit inter duos. tūc enim omnino reqrit genitiuū ut duo rum fratrū maior est marius: Aut qn̄do non inueni tur nominatiu⁹: ut nihil est crudelius nece: & nihil ē ipsi se ipso carius. Aut quādo relatiuū est terminus compationis: ut uirtus qua nihil est homini melius. Aut quādo ponit̄ cū dictione negatiua: ut nullo ho mine sis tardior. Aut quādo dictio a qua fit excep tio fuerit in ablatō. ut Diomedes fuit fortior omni bus troianis præter q̄ꝫ Hectore.

De Superlatiuo

q Vod est nomen superlatiuū: Quod ad plures sui generis cōparatū superponit̄ oīb⁹ uel ꝑ se ꝑlatū positiui intellectuꝫ habet. cū ualde aduerbio.

Quot sūt terminationes superlatiuoꝝ: octo. duæ fre quentissimæ in rimus & in simus: & sex perrare in limus. ximus. timus. remus. fimus. nimus.

Superlatiua in rimus desinentia qūo formant̄ A po sitiuis in r desinentibus siue secūdæ siue tertiæ de clinationis fuerint addita rimus. ut pulcher pul cherrimus pauper pauperri⁹. Excipiūtur destimus

et ſiniſtimuſ pro deterrimus & ſiniſterrimus
Superlatiua in ſimus deſinentia quomodo formant
A genitiuo ſecūdæ declinationis addita ſ & ſimus. & a genitiuis tertiæ addita ſimus: ut locupleſ locupletiſ locupletiſſimuſ. Excipiunt a ſecūda quæ ſunt anomala: bonus optimuſ. maluſ peſſim⁹. magnuſ maximuſ. paruuſ minimuſ. multuſ plurimus. Et quæ a facio componunt ut magnific⁹ magnificetiſſim⁹: munificus munificētiſſim⁹ maturus maturrim⁹. Cicero tn̄ ad Herēniū. In ætate inqt uelit cōpare maturiſſima. Nup nuprimus. Plautus Captū hoīem nupuꝫ & nouitiū. Vetus ueterrim⁹. A tertia uero excipiūt facillim⁹ difficilim⁹ gracillim⁹ humillim⁹ ſimillim⁹ diſſimillim⁹. Excipiūt etiā q̄ in bris deſinūt q̄ riſ mutata in r accipiūt rimuſ. ut ſalubriſ ſaluberrimuſ. celebriſ celeberrimuſ. Vetuſ a ueter qđ oliꝫ i uſu erat: ueterrim⁹ facit. In xim⁹ quot ſuplatiua deſinūt: duo. tm̄ maxim⁹ & ꝓxim⁹. qđ uocabulū dū ꝓ cognato accipit ſignificatū hēt poſitiui. iōq; a ſcriptorib⁹ legū ſæpe ꝯpatiue ꝓfert ut ꝓxioreſ. i. ꝓpinqoreſ cognati
In tim⁹ quot deſinūt: unū dūtaxat anomalū optim⁹ & hæc deriuata ab aduerbiiſ ſiue ꝑpoſitionib⁹ inter interior intimuſ: ultra ulterior ultimuſ: citra citerior citim⁹: extra exterior extim⁹: qđ etiā ꝓ poſtremo ponit. Plaut⁹ in truculēto. Bona ꝑdidi: mala repperi: factuſ ſum extimuſ a uobiſ.
Hæc ſūt ab aduerbiiſ ſiue ꝑpoſitiōib⁹: ſupra ſupior ſupm⁹. extra exterior extrem⁹: qa ſi eſſent a ntō ſuperus & exter ſeruaſſēt regulam.

In rimus quot superlatiua desinunt: unũ. a uerbo de tero deterior deterrimus: & unum anomaluʒ multũ plus plurimus p̃terea q̃ s̃m regulam formant̃.
Nouissimus licet a nouo suplatiuũ sit: tamen ꝑ posi tiuo ponit̃ & ultimũ significat.
A pene Plautus suplatiuum formauit penissime ĩ ci/ stellaria. Ita meo consilio puertit penissime.
A penitus penitissimus suplatiuũ formatur ut ex pe nitissimis ædibus
Superlatiua quæ a p̃positionibus ueniunt ipaꝝ p̃po sitionum exigunt casus ut arbor illa ẽ ꝓxime littus.
A neq̃ sicut supra de compatiuis dictũ est fit supla/ tiuum nequissimus.
Illud aĩaduertendũ diligẽter est ꝙ q̃ pro ualde sem per iungitur superlatiuo: nunq̃ positiuo: ut q̃ fortis simus q̃ celerrime. Quãdo uero q̃ accipit̃ ꝑ q̃tuʒ nunq̃ iungitur superlatiuo nisi addantur uerba pos sum: queo: ualeo: & que eiusdẽ significationis sunt. ut dicaʒ q̃ breuissime potero. feci q̃ optime quiui.
Per uero nunq̃ iungitur suplatiuo. Nec dicere pos sumus peroptimus perdoctissimus. Econtrario autẽ quãdo ualde significat: nunq̃ iungitur positiuo: nec etiam compatiuo nisi forte cum per: uel oppido uł sane: admodum: uel ualde: uel nimis: tunc enĩ positi/ uo iungitur. ut Seruius Sulpitius. Sane q̃ grauiter ac moleste tuli ut debui. A. Gellius. Voce admodũ q̃ suaui: oppido: q̃ libens: nimis: q̃ impiũ. Et Brut⁹ in epistola. Suos ualde q̃ paucos habet. & iteꝝ sañ q̃ gauisus sum. Perq̃ tamen usitatius est. Vt perq̃

bonus perq̃ pulcher pq̃ doctus.i.ualde bonus ual
de pulcher ualde doctus.
Per uero pro ualde iungit̃ semp positiuo ut p pul/
cherͣ perdoctus.Cum uero quã ꝑ quãtū accipit̃ iū
git̃ positiuo.ut Terentius.Reiecit se in eã flens q̃
familiariter.i.quãtū familiariter.& ĩ eunucho:Tu
tis quãintimum te habuerim ꝑ quãtum.sumit̃ enim
hic intimus ꝑ positiuo queadmodū ꝓximus. Sic ẽt
iungit̃ compatiuo ut quãdoctior est Aristotele Pla/
to.i.quãto doctior.
At qui dicunt narraui q̃breuius potui:errant.dicẽ/
dum est enim quãbreuissime potui.
Quod est compatiuū seu suplatiuū huius positiui p
doctus:multo doctior compatiuū:& quãdoctiss.m⁹
siue multo doctissimus superlatiuum.
Perq̃ nunq̃ iungit̃ cũ superlatiuo. Nã quod legit̃
apud Qu.Curtium Bessum quoq̃ bactrianoꝝ ducẽ
pquã maxime posset exercitu coacto descendere ad
se iubet:error potius librarii dicendus est:cum alia
quoq̃ cõplura apud eūdem auctorẽ corrupta sint.
Multo etiã ꝑ ualde tam compatiuo q̃ suplatiuo ad
iungit̃.ut multo doctior & longe doctior:multo do
ctissimus & longe doctissimus.
Superlatiuum gtõ iungitur & ablatõ & actõ.ut He/
ctor fortissimus troianoꝝ:& multo maximus:& pro
xime domum.
Cum suplatiuo iungit̃ semp quisq̃:oĩs autẽ nõ iun/
gitur.Neq̃ eni dicendū est oĩs optimus:oĩs pessim⁹
Sed optimus qsq̃ & pessimus quisq̃.Et similiter si

ſuperlatiua ĩ diuerſo caſu ponant̃ ſic. maxima qſq; fortitudine debet hoſtibꝫ reſiſtere. maximo qſq; aĩo calũniatores deſpiciat. ualidiſſimi qſq; corporis pa/ rent arma. Compatiuo uero contra nõ qſq;: ſ; oĩs. ut Quĩntilianꝫ. Seruulos penates & oĩa utiliora. Nec li cet dicere boni qq; & ſapientes quiq;: ſicut nõ licet dicere oẽs optimi & oẽs ſapientiſſimi. Excipiunt̃ ex poſitiuis quæ ſuplatiuo carẽt pius & ſtrenuus. Dici mus. n. oĩs pius: & pius quiſq;. Saluſtius. Nam ſtre/ nuus qſq; aut occiderat in p̃lio: aut grauiter uulne/ ratus diſceſſerat. Itẽ numeralia: ut. tertius qſq; quar tus qſq;. Nã primus & ultimꝫ ſuplatiua ſunt. Cicero Primo quoq; die cõſules ad ſenatũ referãt. Ergo nõ eſt dicendũ oĩ q̃nquageſimo anno facimꝫ iubileũ: ſ; q̃nquageſimo quoq; anno. Et hinc factũ eſt: ut dica/ mus unuſqſq; ſingularis qſq;. Na; ſingulariſſimus quo pleriq; indocti utunt̃ non reperit̃: ſicut ab uni/ co nõ reperit̃ uniciſſimus. Quotus etiã iungit̃ cũ q ut quotuſquiſq; eſt. i. quotcunq; ſint.

Iſtud quoq; notandũ: ꝙ quiſq; gtũm pluralẽ nõ hẽt cũ adiectiuo dũtaxat iunctũ. iõ utimur gtõ ſingulari ꝓ plurali: ut optimi cuiuſq; aĩuſ ꝓ bonoꝝ oĩu; aĩus. Fa almeglio & alpiu preſto che tu poi. Fac q̃ꝫ optime & q̃ꝫ celerrime potes.

Io ſon aſſai piu grande de tutti li uiterbeſi che ſono minori di me: & anche ſono minori di q̃lli che ſono magiori di me. Ego ſum maximus oĩu; uiterbienſiũ minoꝝ me & omnibus maioribus me.

Eſſẽdo nato a roma ſon magiore de tutii q̃lli che ſo

no menori di me & minori di q̄lli che sono magiori di me. Ego cũ natus sim romæ sum maior omnibus minoribus me & maioribus me.

Io son piu idocto di quelli che sono piu docti di me & piu docti di quelli che sono piu indocti di me. Ego sum indoctior omnib⁹ doctiorib⁹ me & omnib⁹ indoctioribus me.

Io son menore di tutti quelli che sono maiori di me & anche sono magiori de q̄lli che sono menori di me. Ego suꝫ minor omnibus maiorib⁹ me & omnib⁹ minoribus me:

Io ho doi deti in le mano liquali sono piu lõgi de li altri: & due oricchie i capo delequali luna e magioꝛ Ego habeo duos digytos in manib⁹ cæteroꝝ longissimos: & duas aures i capite: quaꝝ altera est maior. Tutti lihomini fortissimi debono cõ grãde aio uencere q̄lli delecti del corpo che sono piu bruti de li altri tutti. Debꝫ fortissim⁹ qsqꝫ magno aio supaꝛ eas uoluptates q̇ sunt cæteris fœdiores omnibus

In ogni diece anni se refa el bussolo a uiterbo. Decimo quoqꝫ anno fiunt comitia uiterbii.

DE Aduerbiis.

a Duerbia localia aut i loco significãtia aut de loco aut p locũ aut ad locũ aut uersus locuꝫ aut usqꝫ ad locũ. Quæ sũt aduerbia significãtia ĩ loco hic illic Istic int⁹ foris ibi ibidẽ alibi alicubi usq̃ꝫ nusq̃ꝫ sicubi necubi nũcubi supi⁹ ĩferi⁹ ubiqꝫ ubicũqꝫ Quæ sunt aduerbia significantia de loco: hic illinc istinc intus foris unde aliũde sicũde necũde & unde

ſupne:inferne:cælitus:funditus:utrinq;:undecūq;
Quæ ſunt aduerbia ſignificantia ꝑ locum:hac illac iſtac ea ſiqua nequa aliqua & qua & utraq; & quacūq;
Quæ ſunt aduerbia ſignificantia ad locū: huc illuc iſtuc ītro foras uſq̄; nuſq̄; eo eodē ſiquo nequo ali quo & quo ſupra infra utroq; & quocunq;.
Quæ ſunt aduerbia ſignificātia uerſus locū: horſuꝫ illorſuꝫ iſtorſū dexttorſū ſiniſtrorſū & quorſū ſurſū uel ſuſū uerſus deorſū uerſus utroq; uerſus & quo uſq; uerſus.
Quæ ſunt aduerbia ſignificātia uſq; ad locū uł uſq; ad tēpus:hucuſq; iſtucuſq; illucuſq; quouſq;.
Nomina urbiū ponunt̃ ꝓ aduerbiis ī loco ī gtō ca ſu: ſi primæ uel ſecūdæ declinationis ſint:ut ſū hic fui illic.Sū romæ fui romæ ſū tarēti.ꝙ ſi pl'r tm̄ de clinent̃:ponunt̃ in ablatio:ut ſum baiis:fui thebis. tertiæ uero declinationis noīa in ablatō ponunt̃: ut fui carthagine:tibure neapoli.
Ponimus ēt loco aduerbioꝝ humi:domi:belli:mili/ tiæ & ruri ī datiuo.ut ſuꝫ humi ſtratus. dormio do mi.erā ruri. belli ſiue militiæ fortis ſum. Repit̃ ēt uеſperi & luci aduerbialiter ſumi: ut,ueſpi ad te ue/ ni:ueſpi ad te ueniā:& luci ſimiliter Cic.in philippi cis.qs.n.audeat luci & ī militari uia.
Pro aduerbiis uero de loco & ꝑ locū ponūt̃ noīa ur biū in ablatō caſu cuiuſcūq; declinatiōis & numeri ſint ut uenio illinc:aut trāſeo illac.uenio aut trāſeo uerona patauio carthagīe thebis:& ſic domo humo rure militia bello.

Pro aduerbiis uero ad locum noia urbium ponũtur in actõ ut eo romã tarentum carthaginẽ:eo illuc uenio istuc:& sic eo domũ:humũ:rus:militiã:bellũ.
Si fiat interrogatio p quorsu₃ q̃uo respõdetur: dextrorsu₃ sinistrorsu₃ .uersus uenetias:uersus thebas: uersus romam.
Si fiat iterrogatio p qua q̃uo respondetur: hac illac istac roma uenetiis per urbem.
Si fiat interrogatio p quo q̃uo respõdetur:huc illuc intro foras uenetias romã thebas rus.
Si fiat iterrogatio p quousq̃ q̃uo respõdet:hucusq̃ illucusq̃ usq̃ ad annum usq̃ uenetias usque thebas usq̃ romã usq̃ ad urbem usq̃ rus usque domũ bellũ militiam humum.
Noĩa uiroꝝ ac mulieꝝ ꝓpria.Item noĩa appellatiua hoĩu₃ aĩaliũ locoꝝ & aliaꝝ quaꝝcũq̃ reꝝ q̃rũt ꝓpõ/nẽ:ut sũ ĩ urbe ĩ agro cũ socrate:eo ĩ urbẽ ad agꝝ ad socratẽ.Vẽio ab urbe ab agro a socrate uł dˀ socrate Trãseo p urbẽ p agꝝ p locũ in quo ẽ Socrates.Eo uersus urbẽ uersus agꝝ uersus socratẽ.Eo usque ad urbẽ usq̃ ad agꝝ usq̃ ad socratẽ. Interdũ tñ poetæ omittũt ꝓpositiões:ut Italiã fato ꝓfugus lauinaq̃ uenit Littora.Item Deuenere locos.
Interdũ ẽt ꝓpriis noĩbˀ addit̃ ꝓpõ.ut Cicero.Ea die Verres ad Messanã uenit.Aliq̃no subaudit̃ ꝓpositio noĩbˀ urbiũ.ut Virg.Nõ libyæ nõ añ tyro despectˀ hiarbas noĩaliter ponit̃ tyro.Nã si aduerbialiter ponere uoluisset:dixisset tyri in gtõ casu.
Supina ẽt ꝓpõne nõ egẽt ut eo cubitũ:& hoc est di

gnũ relatũ ꝑ eo ad cubãdũ. & hoc ẽ dignũ ꝙ referat᷑
Versus semp̱ postponit᷑ ut italiã uers᷒ megarã uers᷒
Salu. Quẽ locũ carthaginẽses ægyptũ uers᷒ finẽ im
perii habuere. Cic. de diuinatione. Qui cũ exercitu
lustrato arretiũ uers᷒ castra mouissꝫ. Interdũ huic ad
uerbio iũgit᷑ ad ut ad oriẽtẽ uers᷒: ad occidẽtẽ uers᷒

De nominibus heteroclitis

q Væ sunt noĩa heteroclita quæ nõ seruant de
clinationem aliorum nominum:

Pascua pascuæ	pascua pascuorum
Epulum epuli	Epulæ epularum
Delitiuꝫ delitii	Delitiæ aꝝ. A delitio fit delitiolũ: quo uerbo utit᷑ Seneca ĩ ep̃lis
Carbas᷒ carbasi	Carbasa carbasornm
Arbutus arbuti	arbuta arbutorum
Intybus intybi	Intyba intyboꝝ. Vir. Et amaris intyba fibris
Pergam᷒ ꝑgami	Pergama ꝑgamoꝝ ædificia subli-mia troiana
Cælum cæli	Cæli cælorum
Altilis altilis	Aitilia altilium
Supellex tilis	Supellectilia supellectilium
Tartar᷒ tartari	Tartara tartarorum
Suparus	supara suparorum
Tenarus	Tenara tenaroꝝ ꝓmõtoriũ laco-niæ circa finẽ maleæ: uñ ad ĩferos dicit᷑ esse descẽsus. Ostẽdit᷑. n. ibi q̄dã ꝑrupta uorago: p quã dicunt Herculem emersisse.

Mænalus	Mænala orum.mons archadiæ
Auernus	Auerna orum. Lacus prope puteolos dictus ab auibus quod superuolantes nimio fœtore decidant.ut Virgi. Graue olentis auerni
Didimus	Didima orum.Mons phrygiæ
Pileus	Pilea pileorum
Garganus	Gargana orum:Mons apuliæ
Gargarus	Gargara orum
Pax	caret plurali numero. Oratius dixit paces.Bella quis & paces longum diffundit in æuum
Vulgus	Vulgus neutrum caret plurali numero. Virgilius. Scinditur incertum studia in contraria uulgus. Sed hic uulgus masculini generis habet pluralem.Cicero. Saturnum maxime colunt uulgi.Raro tamé utimur masculino. Virgilius .In uulgum ambiguas spargit uoces
Pelagus	
Tellus	
Humns	
Pus	
Fas	
Ir	
Fors	
Tabi	
Nemo	

Duo ābo & tria declinant tm̄ in plurali. A quattuor uſque ad centum ſunt indeclinabilia:

Ilia	Cōpitalia	carent ſingl'ari
Mœnia	Neptūnalia	
Manes	Nundinæ	
Proceres	Chalendæ	carēt ſingulari
Penates	Nonæ	
Tenebræ	Idus	
Exta	Athenæ	
Arma	Thebæ	carēt ſingulari
Inſidiæ	Micenæ	
Artus	Venetiæ	
Sponſalia zizania		
Diuitiæ		carēt ſingulari
Minæ	Indutiæ	

Piſces ꝓ ſigno cæleſti
Manes.

Cæſares Aiaces Fabios Scipiones pluratiue dicimꝰ Sed ſic non ſunt propria nomina, ſed appellatiua & æquiuoca.

Soles & lunæ a' poetiſ dūtaxat pluraliter ponunt qa interdū plures uident ad ſenſum oculoꝝ:

Sanguis & puluis uſu carent plurali. Mel frumentū ordeū: far: uinum: auctoritate habent pluralia.

Auꝝ: argentum: ferꝝ: auricalcum: plūbum ſtannuꝫ: electrū: uitrum carent plurali. Tamē æs habet æra in plurali in tribus caſibus. Metallum quod eſt no/men generale hēt pluralem numeꝝ ꝑ oēs caſus.

Triticum caret plurali numero: Frumenta tamē or

dea: pisa: fabas lentes in pluratiuo numero inuenimus.
Acetū mulsum oleū & similia carent numero plurali. Mulsum ē uinuz mellitum. Inuenitur ēt aqua mulsa hoc est mellita
Piper zinziber & fel ī usu cōi nō habēt pluralia mel tres tantūmodo casus habet. ntm̄ actūz & uocatiuū mella.
Thus rus thuris thura ruris rura
Balneuz balnei habet plurale balnea balneorum & balneæ balnearum.
Locus loci facit in plurali loca locorum: & loci locorum utrūq; idē significat. Tñ loci in masculino significāt etiam sedes argumentorum apud rhetores.
Iocus etiam ioca & ioci hēt in plurali.
Baltheus similiter balthei & balthea hēt in plurali.
Rastrum neutri rastri & rastra hēt in plurali. Addunt qdā porrū: frenū: claustrum: filum: capistrum.
Rabies sanies caries pnicies scabies carēt numero plurali cū similibus noībus qntæ declinationis. Res tñ & dies acies facies progenies species materies habent numerum pluralem.
Spes tres tātū casus ī plurali hz. Iuuenalis. Post dānū tēporis & spes deceptas. A quo noīe cōpositū ē expes hēns ntm̄ dūtaxat & uocatiuū. Cato facierum dixit s̄m anologiam sed non est in usu.
Verua est plurale huius nominis quod est ueru & reperiuntur dūtaxat duo casus uerua & uerubus Vir.
Verubusq; trementia figunt.
Fors non habet nisi fortem: ut fors fortuna & forte

ſuis libycis tempeſtas appulit oris
Tabi & tabo dũtaxat reperitur.
Frugi indeclinabile eſt.
Vicem dicimus & uice: aliis caſibus ſingularibus raro utimur: pluralis integer eſt.
Precis preci precem & prece: pluralis eſt integer.
Nex reperitur apud Ciceronem & alios probos unde ſeminex.
Pontus aer æther carent numero plurali:
Sal neutri generis pluralem nõ habet. Maſculini habet ſales & ſalibuſ, ꝓ quadã urbanitate dicẽdi: tractũ uerbum a ſale. ſicut ſal ciboꝝ ita ſales ↄdimẽtũ ſint orationis. Et dicitur etiaꝫ in ſingulari. Terentius. Qui habet ſalem qd' in te eſt.
Laterem accuſatiuus eſt non habens alios caſus in ſingulari: raro tamen reperitur latere.
Sponte ablatiuus ſoluſ eſt ut ſpõte ſua
Macte in uocatiuo tantum inuenit᷑. Dicit᷑ tñ macte uirtute eſto.
Ador genus farris eſt aptũ ſacrificiis deoꝝ generis neutri & indeclinabile ab adorãdo dictũ. Priſcianuſ affirmat. At Feſtus põpeius ab edẽdo: uel ab adurẽdo dicit appellatum. igne enim toſtum fiebat.
Vis oẽs caſus habet ut ẽt ſentit Priſcianus.
Interrogatiua relatiua infinita diſtributiua carẽt uocatiuo. Ideo ambo nõ hẽt uocatiuũ qa eſt diſtributiuum: & ſecũdũ Priſcianũ relatiuum. Duo uero collectiuũ habet: & oia pronoia carent uocatiuis præter tu meus noſter & ueſter.

Os oris ora tantum habet in plurali quanq̃ Virgi. usus sit oribus.
Os ossis in utroq̃ numero omnes habet casus.
Ops est dea terræ: quæ & Tellus dicitur. Sed opis opi opẽ ope auxiliũ significat & facultatem: ut affer mihi opem. i. opitulare mihi. & Virg. Grates psol/uere dignas: Non opis est nostræ. i. facultatis. Hæc opis nympha quædã fuit: cuius poetæ faciunt men/tionem. Opes uero pluraliter significãt diuitias.
Suppetiæ in plurali tantum auxilia significãt: & iun gitr̃ hoc uerbũ fere semp cum fero: frequẽtissimũq̃ est apud historicos: ut suppetias tulit hoc est præsi dium attulit uel misit.
Quidã putant ego quoq̃ pronomẽ heteroclitũ esse: q̃ rectus nullã hẽat cũ cæteris casib⁹ similitudinẽ.
Hesperus seu uesperus est stella quæ ante noctẽ ap/parẽs hesperus seu uesperus seu ẽt uesper dicitur. Virgilius. Ante diẽ clauso cõponet uesper olympo Ante lucem uero lucifer dicitur: Vnde fit ut extre/ma pars diei seu malis noctis principiũ uespera di catur in fœminino: uesperũ in neutro. Vesper etiam uesperis in masculino utitr̃ Virgilius. Vnde q̃ i prin cipio noctis salutare uolunt: bonum uesperum dice re consueuerunt: quod magis censeo probandum q̃ quod a plerisq̃ dicitur bonum sero. Cum enim sero aduerbium sit: & tarde significet: mala imprecatio ẽ optatq̃ ut bonum tarde eueniat.. Melius sane & ele gantius diceret bonum serũ siue felix serũ. Nam serum diei apud probatissimos historicos reperitur

ꝑ extrema parte diei. Liuius. Erat iam diei serum. Ego morem nostræ religionis sequens dicere soleo noctem quietam

Penu ét aliquãdo indeclinabile repit̃ ut apud Actiũ penu aũt optimũ est & nihil desit. Dicit̃ tamen hæc penus penus quartæ: & penus penoris tertiæ. Verba A gellii sunt. Q. Scæuolã ad demõstrãdã penũ his uerbis usu͛. Penus ẽ inqt quod esculentũ aut potulentũ est familiæ q̃ opus nõ facit causa paratũ & penitus recõditũ: unde a penitus penus dicit̃. Nã q̃ ad edendũ bibendũq; i dies singulos prãdii aut cœnæ causa parant̃: penus nõ sunt: sed poti᷒ ea q̃ lõgæ usionis causa recõdunt̃. Serui᷒ Sulpitius ait Sacco Helio placuisse nõ quæ ad esu͛ & potũ spectãt: s͛ thus quoq; & cæreos ĩ penu esse. Massurius Sabin᷒ quod iumẽtoꝝ causa apparatu͛ esset: qbus domin᷒ uteret̃: penori attributũ dicit. Penu igit̃ ea oĩa cõtinent̃ q̃ ad uictũ ptinent sed priuatũ si modo domi reposita sunt. Nã locus ubi ista reponunt̃ Varrone teste penariũ dicit̃. Quæ uero ad uictũ publicũ spectãt cõmeatus uocat̃. Sed fere nihil cõtinẽt q̃ annonã. Nõ .n. est annona tantũ frumentaria: sed carniũ salitaꝝ & aliaꝝ huiusmõi reꝝ. Cicero de diuinatione. Putaret annonam in macello cariorem fore.

Repetundaꝝ dũtaxat in gtõ plurali inuenit̃. de quo uerbo supius disseruim᷒ cũ de pticipiis tractarem᷒.

Indoles nũq; fere nisi numero singl'ari inuenit̃: significat aũt in pueris & adolescẽtib᷒ signũ futuræ uirtutis. Cicero. Vt. n. adolescẽtibus bona indole ꝑditis

ſapientes ſenes delectàtur. Quĩtilianus. In primiſ an nis laudaret̃ indoles. Cicero tñ etiã de uiris indolẽ dixit de officiis. In qbus eſt uirtutis indoles cõmo/ uent̃. Idẽ pro Cœlio. Si qs iudices hoc robore ani/ mi atqꝫ hac indole uirtutis & cõtinẽtiæ fuit. Liuius de lauinia iã matre & impiuꝫ adminiſtrãte Tanta in quit in ea uirtutis indoles fuit. Lucanꝰ. Indole ſi di gnum latia: ſi ſanguine priſco Robur ineſt ais: Indo le quaſi generoſitate quadã uirtutis atqꝫ ai. Liuius etiã in malã partẽ accipit. Nã loquẽs de Hannibale Cum hac inqt indole uirtutũ & uitioꝝ triennio ſub Haſdrubale imperatore meruit.

Inſtar quoqꝫ nõnulli nomẽ eſſe exiſtimant indeclina bile: & ſignificat ſimilitudinẽ ſiue æquipantiaꝫ ut in ſtar montis.

Scalæ & ſcopæ tantũ pluraliter dicũt̃: & licet aliquã do ſcala inueniat̃ q ita ꝓfert barbariſmũ (ſi Quinti liano credimus) cõmittit.

Liberi ꝓ filiis pugillares nuptiæ litteræ ꝓ epiſtola carent ſingulari. inimicitiæ dũtaxat i pl̃ari repit̃.

Copiæ quãdo militũ multitudinẽ ſignificãt: tãtũ plu ratiue declinant̃ ut copiæ Cæſaris: copiæ Pompeii Repitur tamẽ etiã in ſingulari: ſed praro. Põpeius ad Domitiũ. Atqꝫ etiã hortor: ut cũ omni copia ad me uenias. Saluſtiuſ. Poſtremo ex omni copia Cati/ linæ neqꝫ in prælio neqꝫ i fuga qſqꝫ ciuis ingenuus captus. Virg. ſecũdo æneidos. Et quæ ſit mecũ co/ pia luſtro. Proprie autẽ ĩ ſingulari copia ſignificat facultatẽ poteſtatẽqꝫ. ut faciam tibi copiã inſpiciẽdi

libros meos ideſt dabo tibi facultatem. Nec iungit etiam cum alio uerbo q̄ cum facio apud oratores: apud poetas uero cum aliis uerbis: ut cū Do das dare. Virgilius. Poſtquã introgreſſi: & coram data copia fandi.

Accipitur etiam plerunque copia pro abundantia: ut copia orationis: copia frumenti. Barbare omnes fere ætatis noſtræ uſi ſunt copia pro exemplari: qđ nuſq̄ apud doctos reperitur.

Excubiæ & uigiliæ tantum pluraliter dicuntur: hoc autē inter ſe differunt: q excubiæ diurnæ & nocturnæ: uigiliæ uero dūtaxat nocturnæ ſunt.

Tenebræ quãdo noctē ſignificant pluratiue tm̄ dicuntur: ut luce & tenebris ſcribo pro die & nocte ſcribo.

Differt aūt prima luce & prima die. Nã ibi intelligitur prima pars diei & quaſi diluculo: hic aūt prima dies: ita primis tenebris & prima nocte: ibi de parte noctis loquimur: hic de ipſa nocte.

Si diluculum uelimus ſignificare: ante lucem dicimus non ante diem. Nam ante diem ſignificat ante tempus: præter q̄ ſi de certo die loquamur. ut ante diem decimum Kalen. nouembr. hoc ē decimo die ante Kalendas nouēbriſ.

Vbi notandum eſt præceptum Pauli qui ait. Ante diem decimum Kalendarum: & poſt decimum diem Kalendarum æque utroq; ſermone undecimus dies ſignificatur.

Ante noctem uero pro crepuſculo optime dici-

mus.
Lues & ſtrues nunquam fere pluratiue dicunt.
Præſto a pleriſq; inter nomina ponitur: & nullum habet caſum: nec aliter q̄ cum ſubſtantiuo uerbo conſtruitur. ut præſto ſum: Nam præſto adſum magis poeticum eſt:

DE FIGVRIS

f Iguras quas græci σχήματα uocant quomodo diffiniunt? Figuram eſſe dicunt uitium cu; ratione neceſſitatis ornatus ue gratia per miſſum.
Quomodo diuidunt figuras ſiue ſchemata? alia dicunt eſſe lexeos: alia dianœas. Sed dianœas ad oratores dūtaxat pertinere lexeoſ uero ad grāmmaticos.
Rurſus figuras ſiue ſchemata lexeos quæ ad grammaticos pertinent: quomodo diuiduntur? Alias dicunt eſſe dictionis: alias locutionis: alias conſtructionis.
Quid eſt barbariſmus? Eſt pars orationis uitioſa: quæ uel ſcribendo uel loquendo uitium contrahit: apud oratoreſ metaplaſmus dicitur.
Quid eſt ſolœciſmus?
Eſt uitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticæ factum quod apud poetas σχῆμα uocatur. AbAſinio Capitione imparilitas dictus eſt. & a uetuſtioribus ſcribiligo ut A. Gellius teſtatur.

Cauenda ne ſunt hæc uitia? Profecto elaborandum eſt: ut prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit Sed qa aliquàdo excuſant hæc uitia uel cõſuetudiñ uel auctoritate: uel uetuſtate: uel uicinitate uirtutũ: magna in his diligentia adhibẽda eſt.

Quomò adhibẽda eſt diligentia. Docendi ſunt pueri quæ. omnino uitãda ſunt: ut guerra: treuga: multotiens: proſtrabit: ſingulariſſimus: & ſimilia. Item q̃ apud ſcriptores dũtaxat carminum uenia aut laude digna ſint. ut cãtus: ploxenus: mapalia. Poſtremo q̃ in ſoluta quoq; orõne a doctis recepta ſint. ut Cicero canopitarum exercitũ dicit: cum urbem canobon dicant: & duapõdo & trepondo: que i uſu ab oĩbus recepta ſunt: cum tamen nec dua nec tre apud auctores reperiantur.

Quot mòis cõmittitur barbariſmus? uno & uiginti. Primo cum orõni latinæ uocabula barbara commiſcemus: quẽadmodũ Cicero illudẽs maſtrucã: quod ſardum eſt uocabulũ orõni inſeruit ꝓ ſcauro. Quẽ purpura inqt regalis non cõmouit: eum ſardorum maſtruca mutauit. Item fit barbariſmus additione: detractione: imutatione: & trãſmutatione litteræ: ſyllabæ: temporis: toni: & aſpirationis.

Per additionẽ quõ fiunt barbariſmi? per additionem litteræ. ut relliqas danaum per duplicem. ll. cum p ſimplicẽ ſcribi deberet. & redintegro ꝓ reintegro: Per additionem ſyllabæ ut. Nos abiiſſe rati: & induperator. Per additionẽ tẽporis: ut Italiam fato ꝓfugus: cum italiã correpta prima ſyllaba ſcribere ac

proferre deberemus
Per detractionem qūo fit:per detractionē litteræ ut immitis achilli ꝑ achillis. Per detractionē syllabæ: ut repostū ꝑ repositum. Per detractionē tēporis ut Vnius ob noxam ꝑ unius.
Per immutationē qūo fit:p immutationeꝫ litteræ ut olli pro illi. per ïmutationem syllabæ ut quom ꝑ cū p ïmutationē tēporis:ut Feruere leucaten. cū ferue/re penultima ꝑducta dici debuisset.
Per transmutationē qūo fit:p transmutationem litteræ:ut Euādre ꝑ Euander. per trāsmutationē sylla/bæ ut si quis displicinā ꝑ disciplinam dixerit. p trāsmutationē temporis ut faciunt nōnulli indocti q dicunt Maria prima correpta & secunda ꝑducta. Item Iacobus prima syllaba ia/producta & co/ correpta: cum plane contrarium sit. Nā maria primā syllabaꝫ ꝑductam habet & secundā correptā. Iacobus uero quadrisyllaba dictio est:habetqꝫ primas duas correptas & ꝑductam penultimā
Toni quoqꝫ p has quattuor speties cōmutant̃. Naꝫ & ipsi adiiciuntur:detrahuntur:imutant̃:& transmutantur quoqꝫ exempla ultro se offerunt.
Totidem etiā mōis deprehēdit̃ barbarismus p aspirationem quā tam in pronuntiādo q̃ꝫ in scribēdo & adhibere possumus:& tollere quanqꝫ non sit littera: sꝫ aspirationis nota. ut ueteres sine aspiratiōe ædos ircosqꝫ dixerūt:& graccos & triūphos. Erupit dein/de usus ut choronæ:chenturiones:præchones dicerent̃:& mehe ꝑ me ut quibusdam adhuc in scriptio

nibus uideri potest.
Possunt ne aliis modis fieri barbarismi: possunt ꝑm quosdam p malas cõpositiones quæ dicuntur caco/syntheta. ĩ qbus sunt iotacismi: metacismi: laudacis/mi: hiatus. collisiones: & quæcũq; plus æquo minus ue sonãtia ab eruditis respuũt. Sunt præterea q ab surdũ putãt barbarismũ quod est unius uerbi uitiũ fieri per numeros aut genera: sicut soloecismũ: uerũ tamẽ scala & scopa cõtraq; ordea & mulsa licet litte rarũ mutationẽ: adiectionẽ: detractionẽ nõ habeant: nõ alio uitiosa sunt q̃ꝫ ꝙ pluralia singulariter: & sin gularia pluraliter efferunt̃: & gladia qui dixerũt ge nere exciderunt.

De Soloecismo

d E soloecismo multi errant: q eũ putant in una parte orõnis fieri posse: ut si uirũ ostendẽtes dicamus illã: aut ostendentes mulierẽ dicam⁹ illum: aut interrogãti quo pergam⁹ respondeamus: romæ: aut obuium unũ salutãtes dicamus saluete. Siquidẽ hæc oĩa uiꝫ pfectæ orõnis obtinẽt. Intelligimus enĩ illũ aut illã uideo. romæ pergo tu saluete.
Quot mõis fit soloecismus: duob⁹ mõis. aut p partẽ orõnis: aut per accidẽtia partiũ orõnis.
Per partes orõnis qũo fiunt soloecismi: cũ pars pro parte ponit̃. ut Toruũq; repente clamat. pro torue. nomẽ ꝓ aduerbio positũ. Fit etiã ĩ ipsa parte orõnis hoc uitiũ cũ ipsa pro se nec in suo loco ut conuenit ponitur. ut Cui tantum de te licuit pro ĩ te. & apud amicum eo pro ad amicũ. & intro sum ꝓ intus suꝫ.

Per accidentia partium orõnis quot modis fiunt ſo
lœciſmi: tot mòis quot ſũt ipa accidẽtia uerbi grã.
Per qualitatẽ nominũ fiunt ſolœciſmi: ut Hauriat
hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus: pro
dardanius. proprium pro appellatiuo poſuit.
Per genera: ut ualidæ ſalices: & amaræ cortices q̃q̃
ſupra dixerimus hic potius barbariſmũ eſſe q̃ ſolœ
ciſmum: pro ualidi ſalices & amari cortices.
Per comparationem: ut reſpondit Iuno ſaturnia ſan
ctã deaꝶ pro ſanctiſſima.
Per caſus: Vrbem quã ſtatuo ueſtra eſt pro urbs.
Per modos uerboꝶ: ut itis paratis q̃ primũ uiri. pro
ite parate indicatiuũ pro imperatiuo.
Per ſignificationes: ut ſpoliantur eos: & corpora nu
da relinquunt. pro ſpoliant.
Per tempora: ut ceciditq̃ ſuperbũ ilium: & oĩs hu
